pium esse arbitror: cum omni sunt ludificatione plena. Multi enim nõ modo superiori tempore: uerum et ętate nostra carissimis priuati fratribus: cognatis: uxoribus: Multe etiam uiris quos omnes natura arguit homines esse mortales: cum eos pręnimio luctu pinxissent: statutis feriis consecrauere: quos deinde posteri propter imaginem & artificii ambitionem deos coluerunt: rem pręter naturam admittentes. Quos enim parentes non ut deos fleuerant (Neq; enim eos siquidē deos esse cognouissent tamq̃ perditos deplorassent: Quippe qui eorum imaginē iccirco pingebant: quod ipsos non solum deos non esse: sed nec omnino quidem esse putarent: ut hoc ipsum quod iam esse desierant: per imaginis representatiōē consolarentur) his tamen stulti homines tanq̃ deis supplicant: & ueri dei honorem imponunt. Itaq; in ęgypto nunc etiam lamentatio de osiridis & ori et typhonis: & aliorum amissione celebratur: Et dodonę e bala: & cretę corybantes iouem arguunt non deum esse sed hominem et hunc effero de patre natum: Illud certe admirando quod plato illę apud gręcos sapientissimus: qui se multa de đo scire iactitat: in piraeum cum socrate uenit dianam ueneraturus hominis arte cęlatam: Hos & eiusmodi insanas idolorum inuentiones superiori tempore: et multo ante scriptura docuit dicens: initium fornicationis cogitatio idolorum: Inuētio autem ipsorum corruptio uitę. Neq; enim fuerunt ab initio neq; in sęculum erunt inanis enim hominum gloria uenit in mundum: & propterea breuis finis eorum consideratus est: Acerbo enim luctu cruciatus pater amissi celeriter filii fecit imaginem: & hominem: qui tunc cadauer erat: nunc tanq̃ uiuentem ueneratus est: & his qui sub sua potestate erant mysteria tradidit: & ferias. Procedente deinde tempore impia consuetudo obtinuit & quasi lex obseruata fuit: & tyrannorum iussis adorauere sculptilia. et quos in oculis quia procul habitabant çelere non poterant eorum formam expresserunt: et insignem honorati regis imaginem fecerunt: ut pre studio adularentur absenti tanq̃ presenti. Ad augendum uero cultum ignaros homines artificis etiam ambitio conuertit: qui dum principi fortasse placere studet: arte similitudinem expresit uenustiorem: Sed uulgi multitudo artificii lenocinio capta: quem pauloante hominem coluerat: eum đ inde numen esse consuit: Et hoc uitę debebatur ad fraudem: ut uel calamitate homines: uel tyrannide iucti nomen: quod communicari non potest: lapidibus: ac lignis imponerent. Cum igitur idolorum inuentio eiusmodi apud homines teste scriptura inceperit: ac fabricata fuerit: nunc reliquum est: ut tibi aduersus eam argumenta declaremus coniecturam non tam extrinsecus capientes q̃ ex quibus isti gloriantur. Nam ut ab his primum inferioribus incipiam: si quis eorum qui apud eos dii nominantur: res gestas inspexerit: ipsos inueniet non solum deos ñ esse uerum etiam hominum turpissimos fuisse: quale enim quale est uidere iouis ap̄ poetas amores atq; flagitia: quale est apud eos audire illum modo ganimedē rapere: & furtiua exercere adulteria: modo timere atq; pauere: ne pręter sententiam eius troianorum męnia euertantur. quale est uidere illō sarpedonis filii mortem grauiter ferre: cui cum uellet opitulari non poterat: Insidiis etiam ab aliis diis circumueniri pallade iniquā & iunone atq; neptuno. Sed a femina thetide iuuari ac centimāe aegeone: & uoluptatibus unici: qui mulieribus feruiret: propter quas in brutorum animalium formis quadrupedum ac uolatilium periclitabatur: & rursus latere quidem ipsum propter patris insidias. Saturnum uero ab illo uinciri: & patrem a filio euirari. Hunccine igitur dignum fuerit arbitrari deum: qui tant areus perpetrarit: quanta nec comunes romanorum leges his etiam: q̃ simpliciter homines sunt facere permitterent. ut enim ex multis pauca pre multitudine commemorem: Quis cum eius uiderit in semelen in ledā

in alcumena: in dianam: in latonam: in maiam in eurepem: in danaen: in ãtiopen nequitiam & corruptionem? Quis cum eius uiderit in propriam furorem uim & audaciam: q̧ eandem & sororem habuit & uxorem. quis hęc inquam cum uiderit non irrideat ac morte condemnet? non solum q̧ adulter fuerit uerum etiam: q̧ ex adulterio natos sibi filios deos fecerit: & consecrarit: pretextũ nequitię spẽm deificationis astituens: quorum bachus & hercules sunt: gemini: Mercurius perseus: & sopita: Quis cum ad troiam deorum interse uident implacabile certamẽ grecorum troianorumq; causa non deprehendat imbecillitatem eorum qui q̧ ipsi interse contenderent: homines etiam concitabant: quis cum uulnerari uiderit a diomede martem & uenerem ab hercule simonem & ordium quem deum plutone uocant & a perseo liberum patrem ab arcade inme: uam & dau dicantem p̃cipitari uulcanum: quis non eorum naturam percipiat: & posthac deos dicere abhorreat: quos cum corruptibiles ipsos ac uulnerabiles audiat: nihil aliud eos q̃ homines esse & homines imbecillos intelligat & eos magis qui uulnerarent quã qui uulnerari sunt admiretur. Vel quis cum uiderit martis cum uenere concubatum: & uulcanum utris quę dolos tendere alioq; deos ad concubitus spectaculum a uulcano concitos uenire. & flagitium illorum conspicere: quis non hęc rideat: & eorum fatuitatem reprehendat? uel quis non rideat cum herculis ĩ ophalen ex ebrietate insaniam uiderit: atq; libidinem. nam eorum propter uoluptatẽ facinora insanos amores simulacra deorum aurea. argẽtea ęnea: ferea: lapidea: lignea non sunt studiose refellenda: cum res ipse. per se abominationem habeãt & sponte sua nontiam erroris estendant: quib⁹ ĩ rebus delusos homines quispiã maxime conmiseratus fuerit: qui cum insidiantem suę cuiusq; uxori adulterum oderint: adulterii magistros deos facere: non uerentur: & qui suis ipsi sororib⁹ non commiscerentur. hoc qui fecerunt eos uenerãtur: & qui pueros corrumpere malum esse fatentur: huiusmodi culpe qui affines sunt: eos diuino cultu dignãtur: & quæ nec humanę quidem leges concedunt: ea his attribuere: quos ipsi deos uocant: non erubescunt: deinde lapides: & ligna adorantes non uident quę pedibus calcant: & igne comburunt eorum se partes deos appellare: & quę pauloante i usum rapiebant: eadem sculpta per insaniam adorant: Rem omnino non uident: neq; considerant: qui non deos: sed sculptoris artem uenerantur. Nam & lapidem donec rudis est. & siluam: donec infeimis: pedibus pei munt: & is etiã ad suos usus plerunq; sordidos utuntur ubi uero in eisdem artifex peritię suę lineamenta deduxerit: & uel uiri uel mulieris in materia formã effinxerint: tum uero artificis gratia tanquam deos colunt quos pretio đ sculptore coemunt. Sępe etiam statuarius. eorum quę fecit oblitus suis ipse operibus supplicat. & quę pauloante secabat. incendebat: sculpebat eadem posthabitam artem deos appellat Oportebat autem siqdem hęc admirari. licet periti hominis artifitium: admirare non ficta fictori preponere: non enim materia artifitium sed artifitium materiam ornauit: ac deum fecit. Multo igitur equius fuerat artificem uenerari q̃ quę ab eo facta sunt: q̧ & prior fuit artificialibus diis. & quemadmodum uoluit. Ita & facta sunt: Nunc autem post unta ęquitate peritiam: & artem aspernantur: quę uero cum peritia: & arte facta sunt admirantur. Cumq; Is: qui ea fecit: moriat: quę ab eo facta sunt tanquam immortalia uenerantur: quę nisi quotridiana diligentia seruentur: omnino propter naturam temporis uetustate dilabuntur. Quomodo non eos quispiam ob id etiam miseratione dignos duxerit. q̧ ipsi q̧ uident non uidentes adorant: & ipsi qui audiunt non audientibus supplicant. & animati. & rationabiles natura homines eos: qui nec omnino quidem mouentur Sed inanimi sunt: quasi deos appellant: et hoc utiq; admirandum: q̧ ipsi quos

seruant : & sub potestate habent : his tanq̃ dominus seruiunt . nec me putaueris
hęc dicere nequicq̃ : uel aduersum eos mentiri : Nam & oculis ipsorum fides
occurrit : & uolentibus talia uidere : licet. ualidum etiam de his est sacrę scriptu
re testimonium : pręmonentis antiquitus atq; dicentis : Simulacra gentium : ar
gentum : & aurum opera manuum hominum . oculos habent & non uidebunt :
os habent et non loquentur : aures habent & non audient . Nares habent et non
odorabunt : manus habent et non palpabunt . pedes habent et non ambulabũt .
non clamabunt in guttture suo . similes illis fiant : qui faciunt ea : Nec prophęti
ca ab his procul est uituperatio : Sed hic etiam aduersus eos reprehensio spiritus
dicentis : Erubescent qui deum fingunt : & sculpunt omnia uana . & omnes un
de facti sunt aruerunt : & muti ab hominib⁹ congregentur omnes : & stent simul :
& ꝯuertant et reuereant simul . quoniā acuit faber ferrũ et ascia elaborauit illđ :
et statuit ipsum brachio fortitudinis eius : et famescet : et infirmabitur & non bi
bat aquam . lignum enim eligens faber statuit ipsum in mensura : et inglutine ap
tauit illud . et ipsum fecit tanq̃ formam uiri : & tanq̃ hominis pulchritudinem
statuit ipsum in domo : & quod cęcidit lignum e sylua : & quod plantauit domi
nus : et pluuia produxit : ut sit hominibus ad comburendum : & capiens ab eo
calefiat : & comburentes coxerũt panes in eo : Reliquum uero fabricarunt in đ
os . et adorauerunt ipsos Cuius dimidium ipsius combuserunt igni : et super di
midio eius testas carnes comedit : et impletus est : et calefactus inquit : iocundũ
mihi ꝙ calefactus sum : et uidi ignem . Reliquum uero adorauit dicens : eripe
me quoniam deus meus es tu : Non nouerunt sapere : quoniam offuscati sunt :
ne uideant oculis suis : et intelligãt corde et non considerauit in corde suo : neq;
considerauit in anima sua : nec cognouit intellectu : ꝙ dimidium eius combusit
igni : et coxit super prunis eius panes : et testas carnes comedit : et reliquum ei⁹
in abominationem fecit . et adorant illud : Cognoscite ꝙ cinis cor eorum : et er
rant : et nemo potest eripere animam eorum . Videte et non dicetis : ꝙ munda
num in dextera mea . quomodo non apud omnes sacrilegi esse iudicentur : qui
adiuia scriptura impietatis arguuntur ? uel quomodo nõ fuerint cacedęmones :
qui manifeste adeo reprenduntur : res inanimas pro ueritate colentes . At uero
quę spes istis ? uel quę uenia ipsis fuerit ? qui brutis et immobilibus confidũt :
quę pro uero deo colunt . Debuerat enim : debuerat saltem sine forma deos illis
fingere artifex : ne manifeste argui possent . ꝙ sensu careant : Tefelissent enim o
pinionem simplicium tanq̃ sensibilia forent simulicra . Si quidem signa non habe
rent sensuum : ut oculos : et narres : et aures : et manus : et os : quę non mouen
tur ad sensus usum : sensibiliumq; rerum susceptionem . Nunc autem habentes
non habent : et stantes non stant : et sedentes non sedent : neq; enim eiusmodi of
ficium faciunt . sed quemadmodum fictor uoluit : ita et positi manent . dei qui
dem nullum uestigium habet . sed in animi prorsus solum hominis arte compo
siti uidentur . debuerant etiam falsorum eiusmodi deorum pręcones et uates :
poetas dico : et scriptores simpliciter deos ipsos scribere : nec facinora eorum ex
ponere : quę ipsos procul a diuinitate : ac diuicis moribus fuisse redarguunt .
poterant enim solo diuinitatis nomine ueritatem usurpare : uel potius a ueritate
multitudinem seducere : Nũc uero iouis amores : et flagitia prosequentes alioꝝ
etiam puerorum raptus et foemineas in uoluptate suspitiones : metus pauores :
et alia eorum uitia . nihil aliud q̃ se ipsos arguunt non solum non disserere de di
is : sed nec de probis quidem hominibus : uerum de foedissimis et ab honesto re
motis uerba facere . Sed in his fortasse homines male pii confugient ad id quod
poetarum est proprium : et dicent suum esse poetarum scribendi genus ea : quę

non sunt fingere:& in fabilis mentiri ut audientes delectent : Cuius rei gratia de diis quoq; talia finxisse iactabunt. Sed hęc omnium maxime ratio debilis esse ostendetur ex his quę ipsi de illis sentiunt atq; proponunt. Nā si res apud poetas ficte: falseq; sunt: falsa erit & ipsa iouis:& saturni:& Iunonis:& martis:& aliorū nuncupatio: Fortasse enim id quod ipsi aiunt ficta sunt. & nomina. nec est omnino iuppiter neq; saturnus neq; iuno: neq; mars Sed eos quasi sint comminiscūt poetæ: ut audientes capiant: quod si poetę falsa componunt: cur eos quasi ueros adorēt? uel ( id enim rursus fortasse dicent ) nomina quidem non fingūt: facinora tantum aduersus eos mentiuntur. Sed hoc ad illorum. excusationem nihilominus infirmum est. Si enim facinora mentiti sunt. prorsus eorum mentiti & nomina: quorum facinora esse dixerunt. uel si de nominibus ueridici sunt: de facinoribus quoq; necessario ueridici: Pręterea qui deos istos esse dicunt: nouerunt ꝓbe: quid deum agere deceat: nec diis unquam hominum cogitationes annecterēt sicuti neq; ignis officium quisq; aquę attribueret: alter enim urit : altera e contrario substantiam frigidam haberet. Si ergo facta de his conueniunt: dii sunt: q ea fecerunt: Sin hominibus:& hominibus non bonis ut adulteria:& quę predicta sunt facinora: homines:& non dii sunt: qui ea fecerͣ. Res eni substantiis cōgruere oportet: ut qui fecit ex eo: quod factum est probari:& quod factum est ex substantia cognosci possit. Vt igitur si quis de aqua disputaret:& igne: cum eorum effectus enuntiaret: aquam urere: ignem refrigerare: non diceret: nec si quis de sole: ac terra dissereret terram diceret illustrare: Solem uero herbis: ad fructibus sen: quod qui diceret: omnem insaniam excederet: ita nec scriptores apud illos:& maxime omnium excellentissimus poeta: siquidem nouissent iouem cum reliquis deos esse: talia istis facinora ascripissent: quę ipsos non deos esse coarguunt: Sed homines potius:& homines haud quanquam honestos: aut si contra eos mētiti sunt tanquam poetę: tuq; etiam mentiris: Cur non in uirtute mentiuntur heroum: pro fortitudine ignauiam: pro ignauia fortitudinem fingunt. oportebat enim sicut in ioue: atq; iunone:& ita in achille imbecillitatem mentiri. in thersite uires admirari:& ulyxis quidem cauillari stulticiam: nestoris confingere insaniam: Diomedis:& hectoris mollitiem! Hecube uero facta fortia comminisci. In omnibus enim poetas: ut ipsi dicunt fingere oportet: atq; mentiri: Nunc uero in hominibus ueritatem seruarunt: In his quos deos uocant: mentiri non timuerunt: Et illud fortasse dixerit aliquis. i his q̄ ad illorum flagitia pertinent facinoribus mentiuntur: in laudibus uero cum patrem deorum: & supremum & olympium & in cęlo regnantem dixerint iouem: non comminiscuntur. sed ueridici sunt. Hanc rationem quiuis: non ego solum contra eos esse argueret: Rursus enim ex his: q̄ modo demostrata sunt: ueritas aduersus eos stare apparebit: Si quidem facta homines ipsos esse confirmant: Pręconia uero hominum naturam excedunt. Horum autem sibi inuicem utrunq; repugnat: Nam nec eorum: qui cęlum habent: proprium est talia facere: nec eos qui talia faciunt deos arbitrari quisquam potest: Quid igitur intelligendum relinquitur? nisi falsa quidem:& assentatoria esse pręconia? Vere autem contra eos loqui facinora? Et hoc aliquis ex cōsuetudine uerum esse cognosset. nemo enim quos laudat: eorum mores uituperat. Sed potius quorum facinora turpia sunt: eos ꝓpterea ꝙ hinc uituperabiles sunt laudibus extollit: ut earum magitudine captis auditoribus illorum iniquitatem occultet: Quemadmodum igitur siquis non nullos sibi laudare proposuerit: nec propter eorum turpitudinem ex moribus:& uirtute animi laudandi occasionem inuenerit: aliter tamen extollit eos ipsis supra quam sint attribuēs. Sic & pre clari apud illos poetæ turpibus eorum: quos deos uocant: facinoribus offensi nomen ipsis

plusq̃ humanum applicueret: nescientes q̧ eiusmodi supra hominem opinioni
bus res eorum humanas haud q̃q̃ obtenebrant: Sed potius humanis ipsorum de
lictis dei opiniones ab eis alienas esse demonstrant. Et ego utiq; arbitror ab
his etiam prꝫter uoluntatem libidines eorum: & facinora prodita esse: Cum eni
honorem dei: & appellationem: quę: ut ait scriptura: communicari nõ potest
ipsi illis imponere studerẽt: qui non dii sed homines erant mortales: cumq; id
qđ audebant magnum esset: & ipsum: iccirco a ueritate coacti sunt: inuiti etiam
eorum ęgritudines exponere: ut in eiusmodi scriptis perturbationes istorum po
sitę: quę ipsos deos non esse coarguunt: posteris omnibus appareant. Horum
igitur supersticiosis hominibus quęnam defensio fuerit? quę demonstratio? ut
hi dei sint? Ex his enim quę pauloante dicta sunt homines eos & homines nequa
q̃ probos fuisse monstrauit horatio. Sed ad illud fortasse uertentur: atq; adeo ĩ
his gloriabuntur: quę ab ipsis inuenta sunt: humanę uitę conducibilia: & eos
propterea dicent haberi deos: q̧ hominibus utiles fuerunt: iuppiter enim fictilẽ
artem tenuisse dicitur. Neptunus gubernatoriam. Vulcanus fabrilem: Miner
ua textoriã: Apollo musicam. Diana uenatoriam. Iuno cultum corporis. Ceres
agriculturam: et alii alia: quemadmodum scriptores de ipsis tradidere. Sed has
& eiusmodi artes non ipsis tantummodo oportebat ascribere sed communi homi
num naturę: ad quam homines intenti artes inueniunt. Multi enim artem ipsã
dicũt naturę esse imitationẽ. Si ergo quibus quisq; studuit artibus: eorum periti
facti sunt non propterea & ipsos putare deos necesse est. Sed potius homines nõ
enim ex ipsis artes: sed in his ipsi naturam imitati sunt. Nam cum homines secũ
dum eorum diffinitionem naturaliter sint susceptibiles scientię: nil mirum si
humana cogitatione suam ipsorum naturam intuentes: eius cognitionem assecu
ti artes excogitarunt: uel si eos propter artium inuentiones deos renuntiari di
gnum dicunt: Tempus est aliarum quoque artium inuentores eadem ratione
deos & ipsos renuntiari: qua & illi hoc nomine dignati sunt. litteras enim inue
nere pœnices. pœsim heroicã homerus: dialecticam zeno eleates. rethoricã artẽ
Corax siracusanus: & fructum quidem apud Aristęus. frumenti sationem Tri
ptolemus. leges uero ligurgus spartiates: & solon atheniensis. atqui litterarũ
ordinem: & numeros: & mensuras: & pondera palamedes inuenit: & res alias
alii uarias humanę uitę: pro ut homines testificantur conducibiles: professi su
nt. Quod si deos scientię faciunt: & propterea dii sculptiles sunt: eos etiam
qui post illos fuere aliarum inuentores deos secundum ipsos esse necesse est:
uel si non eos dei honore dignantur: sed homines fuisse cognoscunt: Sequitur
ut Iupiter & iuno & reliqui non dii nominentur: sed homines: et ipsi fuisse cre
dantur: et pręcipue q̧ homines fuere: non probi quandoquidem et ab ipsa sta
tuarum sculptura nihil aliud: q̃ homines fuisse confirmant: quam enim aliam
ipsis formam sculptores mittunt. q̃ uirorum: uel mulierum: et quę his etiam
sordidiora sunt animalium ratione carentium: uolucrum uariarum: quadrupe
dum: domesticorum: et agrestium: et reptilium: quęcunq; terra: pontus: et
omnis aquarum natura producit? Homines enim cum in perturbationum: et
libidinum insaniam incidissent: nihil uidentes pręterea q̃ uoluptates: et carnis
cupiditates: ut qui in rebus rationem carentibus cogitationem haberent: in bru
tis etiam rem diuinam statuerunt: deos pro suę cuiusq; libidinis uarietate fin
gentes. Quadrupedum enim imagines: et reptilium: et uolucrum apud eos
sunt quemadmodum diuinę ac uerę pietatis interpres ait. euanuerunt in cogita
tionibus suis: et obscuratum est stultum cor eorum: dicentes esse sapientes stul

facti sunt:& commutarunt gloriam incorruptibilis dei in similitudine imaginis
corruptibilis hominis:& uolatilium:& quadrupedum.& reptilium:propter qđ
tradidit eos deus in passiones ignominię.Nam cum animum antea libidinum ut
dixi temeritate occupassent.in eiusmodi fictionem deorum pręcipitarunt: pręci
pitati deinde:uelut cęcutientes dum:deum auertunt:in ipsis uolutantur:& mu
tis animalibus uel bi patrem deum assimilant.De his conuicti qui apud gentiles
docti: & sapientes dicuntur :eos qui ipsis uidentur dii: hominum brutorumq;
formas : & figuras esse non negant:respondentes autem:eos pręptiea : habere
dicunt:ut per hos numen ipsis respondeat:& appareat:Neq; enim aliter ipsum :
quod est inuisibile cognosci posse:quam per simulacra eiusmodi:atq; ministeri
a:Qui uero his sapientiores esse:& profundiora dicere putantur.hęc inquiunt
iccirco parari:& fingi:ut inuocetur:& appareant angeli:ac potestates diuine:&
per hęc ipsis oblati cogitionem dei significent .& hos hominibus quasdam q̄si
litteras esse:quibus occurentes de comprehensione dei ex ipsa:quę per ea fit di
uinorum angelorum uisione cognoscere possint.Hęc quidem isti ita fabulant̄
non de deo loquuntur.absit enim : Si quis uero deligentius rationem inquisi
erit horum opinionem: non minus falsam inueniet:quam quę superius dicta sūt
Diceret enim aliquis ad eos:qui cum ueritate iudice adesset:Quomodo per hęc
deus respondet.uel agnoscitur?Verum per inhęrentem ipsis materiam:in per fa
mam:quę in eis est. Si enim per materiam:quid opus est forma?& quid non pri
us quam ea formentur per omnem passim materiam deus apparet?Nequicquam
isti templa condiderunt:lapidem unum:aut lignum includentes:uel auri partē
cum omnis terra eiusmodi substantia plena sit. Quod si forma inherans causa
est apparitionis dei: quid opus est materia auri:& aliarum eiusmodi rerum ?
& non potius per natiua ipsa animalia:quorum simulacra formæ sunt:deus ap
paret:Melior enim de deo pro eorum ratione fuisset opinio:si per animalia uiuē
tia rationalia:& irrationalia appareēt :quā si in mutis:& immobilibus rebus ex
pectaretur:in quibus maxime contra se ipsos impietatem operantur. Natiua si
quidem animalia:quadrupedes:& uolucres:& reptilia abominantur:& auertūt
uel propter feritatem:uel propter immunditiam: & tamen horum formas in la
pidibus:lignis auro que celatas deificant:oportebat autem eos ipsa potius cole
re uiuentia:quam horum figurans in statuis adorare.an fortasse horum nihil :
neq; forma: neq; materia causa est diuinę presentię sed ars sola scientię coniūcta
deum excitat? ut uidelicet:quę ipsa est imitatio naturę. Si uero propter artem
sculptilibus admouetur numen:quid rursus opus est : materia ? cum in ho
minibus sciā sit? Nam si omnino propter artem deus apparet:& propterea tam
quam dii simulacra coluntur:oportebat homines tanquam deos cęli:& adorari
quando & rationales sunt: & sciām in se ipsis habent.Iam uero de secunda eorū
ac profundiori responsione cōsequenter aliquis ita diceret.Si hec uobis o genti
les contingunt:non propter ipsius dei apparitionem:sed propter angelorum:q̄
illic sunt presentiam:quid simulacra : per quę inuocatis uirtutes meliora : & su
pra ipsas inuocatas uirtutes esse ducitis?Formas enim sculpitis:ut deum comp̄
endans:et ipsius dei propemodum honorem : et appellationem sculptilibus a
tribuitis:rem admittentes minime piam: Qui cum fateamini dei potestatem si
mulacrorum exilitati precellere: et iccirco deum per ipsa inuocare non ausi in
feriores potestates inuocatis.his deiñ pretermissis: cuius ipsi presentiam timetis

eius appellationem lapidibus ac lignis imponitis: et deos ꝓ lapidibus: et hūana arte nominatis & colitis. Nam ꝗ hec uobis tanꝗ littere sint: nimium a dei contemplatione aberratis. Par non est ut ea quę significant his digniora sint: quę significantur. Non enim si quis nomen regis scriberet: & rege scripturam digniorem duceret sine periculo esset. Sed hic mortis pœna damnaretur. litterę uero scriptoris scientia formatę sunt. Itaq; nec uos siquidem sanam considerationem haberetis: tantam dei significationem in materiam conferretis sed nec sculpturam sculptore digniorem putaretis. Nam si etiam omnino di apparitione tanꝗ litterę significant. & propterea ueluti quę deum significent deificatione digna sunt: attamen eum a quo celata sunt: ac insignita artificem dico: multo magis deificare oportebat: ut qui longe illis potentior: longeq; diuinior esset: quando et illa pro uoluntate ipsius leuigata sunt: atq; formata. Si ergo admirationem littere merentur eas: qui scripsit propter artem & animi scientiaꝫ multo magis admiratione pręcellit. Quod si ipsos non ob eam rem deos nominare dignum est: an non illos rursus quispiam interroget de idolorum insania: huismodi formę causam discere cupiens. Siquia humanę formę numen est: iccirco ita effingitur: Cur ei brutorum quoq; imagines circundant? Sin auteꝫ figura eius mutorum est animalium: Cur ipsum humana etiam effigie uestiunt? At si utrunq; simul est: et ex utrisq; deum percipiunt: ꝗ & hominum formas: & brutorum habeat: cur ea separant: quę coniuncta sunt? & hominum ac mutorum animalium effigiem douidunt? Et non ubiq; ipsum ex utrisq; confingunt: Qualia in fabulis portenta sunt: Scylla: & charybdis: & centaurus: & apud ęgyptos Cynocephalus anubis. Oportebat enim eos aut ita geminos tantummodo depingere: aut si una solum natura habēt: non et aliam aduersus ipsos annectere. Rursus: si uiriles horum sunt formę: cur et fęmineas eis circundant effigies. Sin autem fęmineę: cur et uiriles: In eos mentiuntur imagines. Quod si denuo simul utrunq; sunt: non diuidere sed ambo connectere oportebat: et efficere quales hermaphroditi dicuntur: ut non modo impietatem et calumniam sed et risum intuentibus eorum superstitio pręberet. Et omnino: si corporeum arbitrantur numen: ut et uenerem: et manꝰ: et pedes: et item collum: et pectora: et alia: quę sunt generis humani membra: in eo cogitent: et effingant. Vide quantum impietatis et sacrilegii mens eorum incurrat: qui talia de deo coniiciant: Sequitur enim ipsum et alia pati omnia: quę corporis sunt: ut et cędi et diuidi: et enim ex parte resolui possit. hęc autem et his similia non dei: sed corporum potius terrestrium propria sūt. Deus.n.incorporeus est: et incorruptibilis et immortalis: nullius in rem quampiam indignens. Hęc aūt corruptibilia sūt: et corporū signa: et quę ipsorū electoꝶ usu indignet. sicut et ante dictum. Sæpe igitur inueteratos renouari: et quos tempus: uel pluuia: uel animalia terrę demolita sunt: hos refici uidemus: in quibus stulticiam eorum ꝗuis deprehenderit: ut quorum ipsi factores sunt hos deos pronuntient: et quos artibus procurant ne corrumpantur: ab his ipsi salutem petunt: et quos nō ignorant: sua ipsorum cura indigere: ab his suam ipsorum indigentiam supplerī dignum ducunt: et quos angustis domunculis includunt: hos cęli totiusq; terrę dominos appellare non uerentur: Neq; ex his solum impietatem eorum quispiam didicerit: uerum etiam ꝗ in ipsis idolis eorum est opinio discors: Si enim ipsi dei sunt: ut dicunt: ac de ipsis philosophantur: quis cui presteterit eorum

& quos ex his potentiores esse censuerint? ut uel deum adorando confidant : uel
numen: ut aiunt: in ipsis cognoscẽdo non ambigant: Non enim idem apud om
nes nominantur dii: Sed ut plurimum ; quot gentes sunt: tot etiam dei fin
guntur: Est etiam ubi una regio: unaq; ciuitas inter se de idolorum superstitione
dissentiunt phenices igitur deos nesciunt: qui apud ęgyptios dicuntur: neq; egip
tii eadem cum phenicibus simulacra uenerantur: & sythę quidem psarum: per
sę syrorũ deos nõ admiteunt. Sed & pelasgi threicios deos calumniantur thraces
thebanos ignorãt. Indi uero ab arabibus: arabes ab ęthiopibus ęthyopes ab illis
de idolatria dissenciunt: Bithimi alios. alios armenii sibi ipsi finxerunt : & quid
mihi de multis? Alienos ab insulis continẽs a continente insulę deos uenerantur
& celebrant. Et omnino urbis omnis & uicus finitimorum ignara deorum suos
quęq; colit: & hos solum deos esse putat. Nam de egyptiorum abominacionib⁹
nec dicere quid attinet: cum in oculis sint omnibus ciuitates: quam uarias : q̃ q;
repugnantes inter se cerimonias habeant: Cum finitimi propinquis aduersa cole
re studeãt . Apud alios crocodilus ueneratur: ut deus. idem apud finitimos abõi
natio putatur: Apud hos leo quasi deus colitur. hunc uicini non modo non co
lunt sed eum: ubi inuenerint: tanq̃ feram occidunt. ab his piscis consecratur. idẽ
ab aliis cibus exquiritur: hinc bella sunt atq; discordię: & est apud ipsos omnis
occasio cędium: omnis uoluptas libidinum Et hoc utiq; mirum: q; ut scriptores
narrant: cum ab egiptiis pelasgi deorum nomina didicerint: hi deos egiptiorum
nesciunt: Sed ab illis diuersos colunt. & omnium omnino: qui in simulacris deo
rum insaniunt: opinio uaria est: atq; religio: nec eadem apud eosdem inueniunẽ
& iure quidem hoc patiuntur: Nam cum ab unius dei cogitatione excidissent in
res multas. & uarias precipitarunt: Cumq; uerum patris uerbum saluatorem õ
nium christum auertissent: mentem consequenter habuerunt in multa delęran
tem: & ueluti qui solem auertunt si in obscuris locis fuerint. multos uiarum am
bitus circumflectunt: & p̃ntes quidem non cernunt: qui uero nusquã sunt : eos
quasi p̃ntes contemplantur & uidentes non uident eodem modo qui deum a
uertẽt animum obtenebrati: mentem habent delerantem: & ea quę non sunt tã
ebrii: & nihil cernentes animis fingunt: hęc autem sunt impietatis eoꝝ baud me
diocre argumentum: Cum enim uarii sint: & multi per urbes & loca dii: & alter
alterius deum tollat. omnes ab omnibus tolluntur. Et enim qui apud hos nomi
nantur dii uictimę sunt: & hostię eorum: qui apud alios celebrantur: & aliorum
uictimę e conuerso horum dei sunt. Egypti bouem colunt: & apini qui uitulus
est: & hos alii sacrificãt ioui : Et si enim ipsos illos non immolent: quos consecra
runt: uerum tamen quia eius generis animalia sacrificant eadem sistere uidentur
Arietem libes: quem hammonem uocant: deum habent: & hic diis multis pro
sacrifitio immolatur ab aliis. Indi liberum colunt. ipsum mistice uinum appellã
tes: Sed hunc libant aliis alii. Fluuios & fontes pleriq; & omnium maxime egip
tii uenerantur aquam: & deos appellant Sed tamen alii & ipsi: qui hos colũt egip
tii aliorum: & suas ipsorum sordes aquis abluunt: & quod reliquum fuerit con
temptim effundunt: & omnes ferme dii egiptiorum uictimę sunt apud alios deo
rum. quo fit ut ab ipsis illis etiam ludificentur: quod non deos: sed quę aliorum
apud ipsos quoq; piacula & hostię sunt: ea diuinis honoribus digentur .
Iam uero non nulli eo impietatis: & insanię deuenerũt: ut & ipsos homines: quo
rum effigies sunt: & formę falsis eorum deis immolent: & pro uictimis sistant :
Nec uident impii: quod immolatę hostię exemplaria sunt deorum: qui ab eis fi
guntur : & adorantur: & his homines immolant similia ferme similibus

uel potius meliora deterrioribus. Nam et uiua inanimis sacrificant: et ratio
nalia mutis imolant Scythæ: hi qui taurii uocantur: uirgini (sic apud eos ap
pellat̃) naufragos homines: et ex grecis quotquot ceperit: sacrificiũ exhibẽt:
Adeo contra sui generis homines impie faciunt. Sic etiam deorum ipsorum cru
delitatem ostendunt. Quos enim prouidentia periculo maris eripuit: hos ipsi
prouidentię propemodum infesti uigilant: & illius beneficium sua ipsorum e
ferata mente supprimunt. Alii uero postq̃ a bello uictores redierint: captiuos
per centurias diuidunt et: ex singulis unum sumentes tot marti iugulant: quot ex
una quaq; contraria delegerint. Atqui non scythę solum propter ingenitam bar
baris ipsis feritatem hęc admittunt abominana: sed id proprium est idolorum
ac demonum Malignitatis facinus: Nam & egyptii antiquitus tales iunoni ho
stias immolabant: Phoenices uero & cretas filiorum sacrificiis saturnum placa
bant: & ueteres romani iouem quem latialem uocãt: humanis hostiis colebant:
& alii aliter: & homines passim polucebant et polluebantur: Polluebantur qui
dem ipsi homicidia per petrantes Polluebant uero templa sua eiusmodi sacrifici
is adolentes: hinc iam hominum mala in uulgus penetrarunt: qui cum demones
suos his rebus delectari uiderent: statim et ipsi in eiusmodi peccatis deos suos u
nitati sunt; proprium uirtutis opus arbitrari; Meliores ut ipsi opinantur ęmula
ri: eo euenit: ut homicidiis parocidiis et flagictis omnibus homines: dediti sint
& enim omnis ferme ciuitas flagitiis plena est: deorum suorum moribus similis
facta nec est in idolatria probus nisi qui apud eos flagitii documentum dederit.
Mulieres igitur in idolis phœnicię antiquitus prostabant diis illis primitias
exibentes: sui ipsarum corporis mercedem: deamq; suam ratę meretricio pla
cari: et ab ea ueniam hoc pacto exorari. At uiri naturam infitiantes cum mascu
li deincops esse nolint uirtuntur in fęminas tanq̃ exinde matri deum (sic enim
apud eos dicitur) obsequia: & honorem exhibeant. Omnes autem ima cum
turpis simus uiuant: & secum ipsi peioribus certant: et quemadmodum inquit
sanctus christi minister paulus: Mulieres eorum permutarunt naturalem usum
in eum qui est pręter naturam. Similiter autem et mares omittentes naturalem
usum mulieris incensi sunt in cupiditate ipsorum adinuicem. Mares in matib⁹
turpitudinem operantes. hęc et eiusmodi perpetrantes confitentur: et arguunt
deos suos uitam similem egisse. Nam ex ioue sodomitium et adulterium. ex
uenere lenocinium. ex rhea flagitium. ex marte homicidium. ex aliis alia didi
cere similia: quę cum leges puniuit: tum uero probus hominis auertit. Num
quid igitur dignum fuerit hos etiam putare deos: et non potius mutis animali
bus: ac rebus in animis miserabiliores ducere? Nam si animi sui ui consideras
sent nunq̃ in his rebus omnino pręcipites reuoluti uerum deum christi patrem
repudiassent. Sed fortasse q̃ his altius euaserunt. et creaturã admirati sunt abo
minationum reprehensionibus offensi: hęc facilia cognitu: et reprehensibilia a
pud omnes non negabunt et ipsi. illam uero opinionem firmã ipsis: et irrefraga
bilem esse putabunt de cęlo cęliq; partibus: quas religiose colueret. Neq; enī
se lapides: et ligna: & formas hominum: atq; brutorum: uolatiliumq;: et rep
tilium: et quadrupedum passim: sed solum: et lunam: et omnem cęli ornatum:
et terram rursus: et uniuersam aquę naturam colere: et obseruare prędicabũt:
et neminem esse dicent quis hos quoq; ostendere possit: nõ deos esse natura: Cũ
palam sit omnibus: hęc non in anima: neq; irracionabilia consistere: sed homi
num naturã excellere: quę partim cęlos: partim terras inhabitent: Sed de his
ẽt uidet̃ dignũ ẽ et ĩquiret̃. p̃rsus. n. et ĩ his r̃o ĩueĩet certã aduersus eos r̃phẽsionẽ
Sed ante quam uideamus: et demonstrandi principium faciamus: Potest contra
eos sufficienter creatura ipsa ferme suffragari & ostendere factorem suum & opi

ficem deum ipsius: & uniuersi regem: patrem domini nostri iesu christi: quem uani sapientes auertunt: & creaturam: quę ab eo facta est: adorant: atq; deificant quę tamen adorat & ipsa dominum quę fatetur eum quem illi propter ipsam negant: sic enim homines partibus creature stupentes probe ostenderit ipsarum partium mutua necessitas. ostendit autem: & significat uerbi patrem: qui etiam ipsorum dominus & factor est obedientię precepto irrefragabili: quo diuina legis sanctio dicit: Cęli enarrant gloriam dei: Opera autem manuum eius annuntiat firmamentum: Fides autem horum non obscura est. Sed ualde clara his certe: qui mentis oculum non omnino occęcatum gerunt: Si quis enim creaturę partes ipsas per se sumpserit: & unum quodq; seperatim considerauerit: ut solem per se ipsum solum: & lunam seorsum: & terram: & aerem: & calidam & frigidam: & aridam: & humidam substantiam ab ea quam inter se habent connextone dirimens unum quodq; per se ipsum exceperit: & seperatim contemplatus fuerit inueniet omnino nullam sibi ipsi sufficere: Sed omnia mutuo usu indigere: & alterius inter se adminiculis consistere Sol enim uniuerso cęlo circumfertur: & in eo continetur: nec unquam extra illius ambitum existeret: Luna uero & alia sidera testantur quid habeant a sole adminiculi: Terra item apparet non sine pluuiis fructus reddere: At pluuię non sine usu nubium in terram descenderent. Sed nec nubes unquam sine aere per se ipsę apparerent atq; consisterent: & aer non a se ipso sed ab ęthere incenditur. a sole uero illustratus clarificatur: & fontes: fluuiiq; nunquam sine terra consisterent: Terra quoq; non in se ipsa firmata est sed sup aquarum substantia constitit continetur autem undiq;: & ipsa in medio colligata uniuersi: Mare & qui uniuersam terram ambit oceanus ingens mouetur auentis & agitur quecunq; ipsum uis uentorum impulerit. Ipsi uero uenti quemadmodum de his tradidere non in se quidem. sed ex eo qui est ęthoris ad aerem ardore atq; calore in ipso aere consistunt. & per ipsum ubiq; spirant. Nam de ipsis elementis ex quibus corporum natura cōsistit calidam duo. & frigidam: & aridam: humidamq; substantiam: quis a deo mente confusus est: ut nesciat hęc simul connexa consistere: diuisa uero: & per se posita continuo alia inuicem ab aliis interimi: prout uis eius fuerit quod superabit. Calidum enim a frigido superante destruitur Frigidum e contrario in calida ex hauritur: Aridum rursus ab humido liqscit & hec item ab alio torretur: Quomodo igitur hęc dii fuerint: quę alia aliorum adminiculo indigent: uel quomodo ab aliis aliquit petere conuenit: Cum ipsa mutuū īter se usū requirant: Nam si de deo dicitur: Nullius ipsum rei indigentem esse: sed per se ipsum sufficientem & sui ipsius plenum: & in ipso omnia consistere: & potius ipsum omnibus Inolescere: quomodo solem & lunam & alias creationis partes: quę tales non sunt: sed mutuo indigent usu: deos predicare dignum fuerit: Sed fortasse fatebuntur et ipsi: quando ipsa in oculis demonstratio est: hęc si diuisa fuerint et per se sumpta imperfecta esse: simul autem connexa omnia: et magnum unum pstinentia corpus: totum hoc deum esse dicent: Nam si totū unitum fuerit iam non ipsis extrinsicus neccessitatem fore totum uero sibi ipsi satis et per se ad omnia suffecturum esse: uani sapientes ut hinc quoq; reprehendantur disputabunt. Hęc aūt ratio non minusq̄ quę supradicta sunt: Immo uero magis eorum: summa cum ignorantia impietatem ostendent. Si enim singula connexa totum perficiunt: totumq; ex singulis qbusq; consistit totū igitur ex partibus ꝯstat: et unū quodq; totius partes sūt hoc aūt ꝓcul est ualde ab his q̄ de deo cogitantur. Deus. n. totum est: et non partes: neq; ex differentibus ꝯsistit: sed rerū oium constitutionis factor ē ipse. Vide sane qui hęc deserūt q̄ te aduersus diuinitatē impietatis autores sunt. Si enim ex ꝑtibus cōstitit: ꝓrsus ipse sui ipsius

dissimilis esse: et ex dissimilibus perfectionem habere dephendit. Nam si sol ē: lūa non est. si luna est terra non est. et si terra foret: mare non esset. Itaq; singula quispiam sumēs huiusmodi rationis eorū absurditatē inueniet: hęc et ex hūano corpore nostro: si quis perspiceret contra eos esse cognosceret. Sicut & enim oculus non est auris: nec auris manus. nec uenter pectus: nec item ceruix est pes: Sed horum unum quodq; suum habet officium: & ex his differentibus unum cōficitur corpus: qđ partes habet modo connexas secundum usum: modo diuisa secundum tempus: qđ tunc cident cum ea: quę uinxit naturę dissoluerit: pro dei uoluntate: qui preceptum imposuit (ueniam det ipse: qui pręualet orationi) Eodem certe modo si creationis partes in unum corpus connexas deum predicant: Necesse est ipsum secundum se ipsum sibi ipsi: ut ostendimus: dissimilem esse: Rursum uero dissolui secundum partiū naturam: quę dissolubilis est. Alio quoq; modo impietatem eorum quispiam pro ueritatis contemplatione reprehenderit. Nam si deus natura incorporeus est: & inuisibilis: & impalpabilis: quomodo corpus deum esse cogitant? & quę uidentur oculis: palpantur manu diuino honore dignantur? & item: si id ualet quod de deo dicitur: ipsum ire per omnia posse: nihil ipsius capax: ipsum omniū capacem: ac dominum ēe: quomodo non uidēt qui creaturam deificant: ipsam ab hac dei diffinitione seclusam esse? Solis enim ubi sub terra fuerit lumen: terra ne uideatur in umbrat: lunam frequenter sol fulgor lucis offuscat: Et terrę fructibus grando sępius nocet ignis uero si qua fuerit aq̄rum inundatio restinguitur. etiam hiems quidem truditur uere: uer ęstate terminos preterire non sinitur. & hęc item suas horas autumno prohibetur excedere. Quod si dii essent: oportebat eos non a se ipsos: inuicem subigi: ac premi: Sed una semper esse: & comunia pariter officia complere Solem oportebit simul et lunam: reliquumq; stellarum certum inter diu ac noctu ęquum lumen hr̄e: idq; omnib⁹ lucere: & ab ipsis oriri. Oportebat ęstatem simul: & hyemen: uer: et autumnū impermutabiliter uidemq; consistere: Mare oportebat p̄misceri fontibus & comunem potum hominibus prębere. Oportebat tranquillitatem atq; procellas promiscue fieri: ignem simul et aquam communem: et unum hominibus usum prębere Nihil enim: nihil quisq̄ ex his detrimenti cępisset quippe qui dii sūt ut ipsi uolunt: nec ut noceant quicq̄: sed ut prosint potius: omnia faciunt. Q̄d si hęc fieri oportebat: fieri autem non possunt propter eam: quam inter se retinent discordiam: qui fieri potest: ut ea nomine uel honore diuino celebrentur: quę interse contraria: et repugnantia sunt: et eadem simul stare nō possunt: Quę uero interse natura sunt sediciosa quomodo aliis pacem supplicantibus prebuerint? uel ipsis concordię interpretes extiterint? Quę cum ita sit: nec sol recte: nec luna: nec alia quę ius pars creationis: multo autem minus: quę in lapidibus et auro: et alia materia sunt simulacra: nec i fabulis apud poetas celebrari iuppiter: et apollo: et reliqui uere dii fuerint: quemadmodum ratio demonstrauit. Sed ex his quędam creationis partes sunt: Non nulla uero in anima. Pleriq; tantummodo homines fuere mortales: propterea et religioni his hac deificatio non diuini cult⁹ sʒ sacrilegii: ē impietatis ēr introductio: et magni erroris argumētū erroris q̄ ab ei⁹ cogitatione: qui unus est: et solus uere de⁹ christi dico patrē. Cū igitur hęc ita confutata sint: et idolatriam apud gentiles totius impietatis plenam esse ostēsi introductamq; eam non quę sit hominum uitę conducibilis: sed perniciosa: Age quod reliquum est errore confutato: sicut ab initio promisit oratio: ueritatis uiā ingrediamur et patris uerbum: qđ princeps est: et opifex contemplemur: ut per ipsum eius etiam patrem consideremus: ut gentiles norint: q̄ procul a ueritatē se ipsos exterminarunt. Nā quę supradicta sunt nihil aliud q̄ errorē uitę redarguūt

ueritatis autem uia ad eum:qui uere est deus animum perducet.ad huius cogni
tionem accuratam quę perceptionem:nulla re alia uehis opus est quam nobis ip
sis nec ut ipse deus est super omnia:Ita & uia:quę ad eũ ducit ꝓcul anobis uel
extra nos est : sed in nobis est:& a nobis statim inueniri potest. sicut & moyses
dicebat dicens: uerbum fidei intra cor tuum est: quod saluator significans atq;
confirmans dicebat regnũ dei intra uos est.Nam si fidem:regnumq; dei habem⁹
in nobis:Actutum contemplari:& intelligere possumus uniuersi regem: saluatoꝛ
patris uerbum: Nec se gentiles excusent idolis dediti:nec alius quisq̃ omnino se
ipsum decipiat:quasi uiam eiusmodi non habeat:& preterea suę ipsius impieta
tis occasionem quęrat:Omnes enim ad eam accessimus.Omnes eam habemus:
tametsi non omnes eam ire:sed declinantes pręterire uolunt propter uoluptates
uitę:quę ipsos extrisicus trahunt:Et si quis interroget quę nam ea sit: dico suã
cuiusq; animam & in anima mente esse:per quam solam deus cogitari & itelligi
potest:nisi forte impis sicuti deum inficiantur:ita & animam ipsos habere nega
bunt:Conuenienter sane hoc pręceteris dicerent:Neq; enim eorum est:qui men
tem habent:deum ipsius factoré:artificemq; negare: Quod igitur anima unus
quisq; hominum habeat:& eam rationalem:hoc quoq; propter rudes necessari
um est paucis ostendere:quando quidem & hoc in primis non nulli hęreticorũ
negant hominem nihiloplus esse arbitrantes:q̃ quę uidetur corporis formę ut ꝯ
hoc ostensum fuerit:manifestius ipsi per se confutacionem idolorum: haberẽ po
sint.Primum igitur argumentum est nequaquam puum:rationalem.esse homi
nis animam:q differt a brutis:hęc enim idcirco irationalia uocare natura consu
euit:quia rationale est hominum genus:deinde hoc etiam ad probandũ aut me
diocriter ualeret.q solus homo ea:quę extra se sunt considerat & absentia cogi
tat:ac denuo colligit.& ex his quę cogitauit:quod melius est iuditio deligit. Bru
ta uero presentia solum intuentur:& quę in oculis sunt ad eam tantum modo fe
runtur :tametsi deinceps nocuerint.homo autem non ad ea.quę uidet impellatꝛ
sed quę oculis cernit ratione diiudicat.Sepe igitur cupiditate impulsus ratione
abstinuit.& quę cogitauerat denuo collegit:& quisq; sentit:si ueritatis amicus
fuerit:aliã esse a corporeis sensibus hominum mentem:ob hoc igitur:q alia est:
ipsorum sensuum iudex efficitur:Et quę illi admittunt:hęc ipsa dicernit:& remi
niscitur:& ostendit eis:quod melius est:oculorum enim est solum uidere : auri
um audire.oris gustare:naris odores admittere:manuum palpare:At quę uiden
da sunt:& audienda:quęq; palpanda:gustanda & odoranda:non etiam sẽsuum
est:sed animę:atq; insitę in ea mentis discernere:Siquidem potest & manus ensẽ
capere:& os uenenum gustare.Sed hęc nisi mens discreuerit noxia esse nõ nouit
Et hoc ut in similitudine contemplemur:haud dissimile uidetur lire:quę instru
cta sit probe:& musico:qui eam teneat.non imperito.Vt enim in lira nerui suũ
quisq; sonum habent hic grauem:ille acutum:quidam medium: aliquis argutũ
alius aliam.Eorum autem sine artifice nec discerni concordia.nec dignosi con
positio potest(Tunc enim conciuitas:& ordo rectus ostenditur: cum his qui li
ram tenet neruos pulsauerit:& singulos concine tetigerit)Eodem modo cum sẽ
sus in corpore sint tanquam lyra compositi:Si docta mens ipsis imperauerit:tũc
uero discernit animo:& nouit quid faciat:& agat:hec suum est hominum solum
hęc humanę animę ratio:qua dum utitur distat a brutis:& se aliã.uere demon
strat:q̃ quod in corpore uidetur.Sepe igitur humi corpore strato:q̃ in cęlis sũt
homo contemplatur:& cogitat.Sępe quiescente corpore & silente ac dormien
te mouetur interior homo:& quę extra se sunt intuetur:& peregrinatꝛ:& regiões
obambulat : & amicis occurrit : & ex his plerunq; diurna sui ipsius negotia

negocia aricinatur : & prȩuidet : hoc uero quid aliud fuerit : quā rationa lis anima ? in qua homo quȩ supra se sunt rationatur & cogitat. Et siquis ad huc inclinat : ut impudenter neget : rationē id pro ei accurata demonstratione fuerit : Si corpus naturaliter mortale est : quomodo ea considerat homo quȩ de in mortalitate sunt ? Et pro uirtute non nunq̄ sibi ipse mortem accersit ? Vel eum tē pora neum sit corpus. quomodo sempiterna cogitat homo : ut quȩ ante oculos sunt contemnat : illa uero ardenter concupiscat : Corpus igitur talia sibi de seipso con cogitaret : nec ea scilicet quȩ extra se sunt consideraret : et enim mortale est ac temporaneum : Necesse est autem aliud esse quod ea fouetur : quȩ contraria sūt et preter corporis naturam. Quid igitur hoc demū fuerit ? nisi ratiōalis et in mor talis anima ? hȩc enim corpore : sicur musicus lyra : non extrinsicus quȩ meliora sunt : sed intrinsecus canit. Rursus autem cum natus sit oculus aduidendum : au ditus ad audieñ. quomodo alia respuunt : alia deligunt ? quis auidendo uisum a uertit ? quis ab audiendo auditum excludit audire naturaliter aptum ? Quis ab i psu naturali gustum prohibet gustare natura appetēntem ? Quis ab alicuius ri tactu manū coercet reprimit quȩ nata est operari. Quis ab odorando olphatu ; auertit ? qui et ipse natus est odorare quis hȩc aduersus corporis naturam operat uel corpus cum sit natura peruersum : quoniam modo pro alterius consilio con uertitur ? et pro illius nutu gubernatur ? hec et enim aliud nihil ostendunt : q̄ ratio nalem animā corpori dominantem. neq; enim corpus sibi ipsi natum est modera ri : Sed agitur : ac fertur ab alio : quemadmodum nec equus se ipsum regit : sed a domino regitur : hic igitur hominibus leges bona facere : mala respuere. Brutis uero mala cȩca manent : et indiscreta : ut quȩ rationis : et iuxta rationem cogita tionis expertia sunt. Esse igitur in omnibus rationalem animam ex his ; quȩ dicta sunt demonstratum arbitror. Quod autem et inmortalis facta sit anima : id etiam in ecclesiastica doctrina scire necessarium est ad confirmationem destructionis idolorum : Hȩc autem noticia cum ex corporis cognitione : tum ex ipsius : et ani mȩ differentia magis perspicua fuerit. Nam si animam aliud q̄ corpus esse ratio demonstrauit. Est autem corpus natura mortale : animā igitur īmortalem esse necesse est : quoniā corpori dissimilis est. Et rursus : si anima corpus mouet : ut die tum est. neq; ab aliis ipsa mouetur : consequens est animā ab se ipsa moueri et ubi corpus humi repositum fuerit moueri denuo ipsam a se ipsa non enim anima est quȩ moritur sed propter ipsius discensum corpus interit. Quod si ipsa moueret̄ a corpore : consequens esset : recedente eo : qđ mouebat : interire ipsam. Si uero anima corpus mouet : ipsā magis se ipsam mouere necesse est : Et cum ipsa per se moueatur : Post mortem etiam corporis necessario iuuit. Motus enim animȩ ni hil aliud est : q̄ uita ipsius : quemadmodum sane et corpus tunc uiuere dicitur : quādo mouetur : et tunc mortuum esse cum moueri desinit. hoc uero etiam dum est in corpore ab ipsius demum operatione manifestius uiderit aliquis. Nam si corpori quoq; insidens : & cum ipso coniuncta non pro corporis breuitate dimensa contrabitur : Sed plerumq; dum illud in lecto iacet : immo uero quasi in morte dormit : hȩc iuxta uim suam uigilat : & corporis naturam excedit : & qu si ab eo peregrinetur manens in corpore : quȩ super tercā sunt : contemplatur : & cogitat Sȩpe etiam terrenis egressa corporibus : sanc tis occurit : & angelis : & ad eos mentis puritate freta peruenit : quomodo n̄ magis & multo magis soluta : corpore ubi ille uelet : qui eam conexuit de us. clariorem habebit immortalitatis cognitionem ? Nam si connexa cum cor pore uitam sine corpore iuuebat : multo magis post corporis interitum ui uet : nec nunquam uiuere desinet : propter deum qui talem fecit eam per uerbum suum iesu christum dominum nostrum. iccirco enim immortalia &

eterna raciocinatur: ac sentit: quoniam & ipsa inmortalis est: & quemadmodum corpus: & corporis sensus. quia mortales sunt mortalia cõsiderant: sic & anima: quoniam immortalia contẽplatur et cogitat: Immortalem eam esse: semperq; ui uere necesse est. Contemplationes enim: & cogitationes immortalitatis nunq̃ eã deserunt: Cum in ea insitę maneant: & quedã quasi niustio ad immortalitatis cõ firmationem imprẽssę sint. Hanc igitur ob rem diuine cõtemplationis cogitatio nem habet: & sui ipsius uia efficitur: nec ex trinsecus: sed ex se ipsa dei uerbi co gnitionem: ac perceptionem assumit. Dicimus igitur: ut dictum est antea: sicuti deum negant. & res in animas colunt. ita & se animam rationalem non habere pu tantes insanię mercedem habent i brutis connumerati: & propterea tanq̃ muti ĩ rebus mutis superstitionem habentes cominiserandi: docendi q; sunt: Si uero aĩ mam se habere dignima ducunt: & in eo qđ rationales sunt: ualde gloriantur: & id quidem recte: quid ita quasi animam non habeant rem absurdam audent: & ea quę audenda non sunt: sed se ipsos diuinitate prestantiores faciunt. qui cũ anĩ ma immortalem. & sibi ipsis iuisibilem habeant: deum uisibilibus rebus: ac mor talibus assimulant: uel quid non sic omnes ad deum confugiunt. quemadmodũ ab eo defecerunt: possunt etenim sicut deum cogitatione auerterunt: & quę non sunt: ea deos esse finxerunt. ita mente animi ascendere: Et ad deum se denuo ꝯ uertere. conuertere aũt possunt: si quã induerunt cupiditatis labẽ deposuerint. & eo usq; purgarint: quo ad animę concretam deformitatem exuerint: & eam si cuti facta est simplicem reddiderunt ut hoc modo possint in ea uerbum patris ꝯ templari: per quod ab initio facti sunt. facti sunt enim ad imaginem: & similitudi nem dei: quemadmodum & diuina scriptura significat ex persona dei dicens: fa ciamus hominem ad imaginem: & similitudinẽ nostrã. inde ubi omnem peccati labem a se ipsa reiecerit: & puritatem solam iuxta imaginem seruauerit: hac illu strata consequenter uelut in speculo uerbum contemplatur patris imaginem: & in eo ipso patrem speculatur: Cuius est saluator imago: uel si prę his: quę ipsius mentem extrinsecus perturbant: animę doctrina id quod est augustius: ipsa per se intueri non potest: ac contra ex his q̃ uidentur cognitionem dei percipere licet cum creatura prę ordine: & concordia rerum quibusdã quasi literis suum ipsius dominum factoremq; significet: ac prędicet: Nam cum bonus sit. & humanus de us: & animarum: quas ipse fecit curam agat: quoniam inuisibilis est ipse natura: & imperceptibilis: ut qui super omnem substantiam generatam existat: ob quam rem futurum erat: ut genus humanum cognitionem eius non assequeretur. Alia enim ex nichilo facta sunt. ipse uero i creatus huius rei gratia suo ipsius uerbo creationem deus ita composuit: ut ex operibus suis ab hominibus cognosci pos sit. ac ueluti de fictore phicha perhibent: q; eius opera ex apititudine & membro rum inter se proportione phidiam quamuis absentem spectantibus representarẽt pari ratione intelligere oportet ex ornatu mondi factorem eius & opificem deum tametsi corporeis oculis non uideatur: non enim abusus est. deus inuisibili natu ra sui nemo hec prętenderit nec se hominibus ignotum omnino dimisit sed ut ã te dixi creationem ita cumposuit: ut ipse tametsi natura sit in uisibilis: tamen ex operibus cognoscatur Et hoc non ex me ipso loquor sed ex quibus didici thelo gis uiris: quorum unus est paulus romanis ita scribens inuisibilia enim ipsius a creatione mondi per ea: quę facta sunt intellecta conspiciuntur Lycaonibus autẽ aperte loquens dicebat: & nos corruptibiles sumus ut uos homines euangelizã tes ut a rebus uanis conuertamini ad deum uiuentem: qui fecit cęlum et terram: et mare: et omnia: quę in eis sunt: qui in preteritis generationibus permisit om nes gentes ire in uias suis. et tamen non intestatum se ipsum reliquit benefaciens cęlitus uobis dãs imbres. et tempora frugifera: ĩplens esca: et lęticia corda urã

Quis enim cum cęli uideat orbem:& solis:ac lunę cursum: & aliorum siderum
situs:ac reuolutiones contrarias quidem:& uarias:sed in uarietate ordinem unũ
ab omnibus pariter seruari:quis non cogitet haud ipsa se regere:sed alium:qui
ea regat auctorem esse:quis cum uideat incordiu solem oriri noctu lunam appa
rere:& eum iuxsta dierum ęqualem omnino numerum impermutabiliter hauri
ri:& impleri:& sidera partim errabunda uarię permutare cursum:partim certa
nihil uariare motũ:non in eã cogitationem ueniat:esse omnino qui ea gubernet
opificem? Quis cum ea uideat:quę natura contraria sunt connecti: & concinam
habere concordiã:ut calidum frigido:aridum humido:temperatum & hęc sibi
inuicem non repugnare:sed unum quasi ex uno corpus pficere:nõ apud animũ
suum pręponat esse:aliquem ex trinsecus:qui ista connectat: Quis cum uideat
hyemẽ cedere ueri:uer ęstati:ęstatem autumno: & hęc natura esse contraria. q
dam enim refrigerat.aliud incendit.illud nutrit:hoc maturat:omnia tamen usu3
hominibus parem:& innoxium prębent:quis nõ inq̃ mente percipiat pstantiorẽ
his esse quempiam tametsi non eum uidear qui omnia coęquet:omnia gubernet?
Quis cum uideat uere subuehi nebulas:& in nebulis aquarum detineri pondus:nõ
in mentem eius ueniat:qui ista detinet: ac fieri iubet? uel quis cum uideat.terra3
ipsam super aqua:firmatam:& in ea quę natura mobilis est: immobilem ipsã ma
nere:non agnoscat aliquem esse: qui ista disponat faciatq3 deus? quis cum terrã
uideat in tempore frugiferam:& cęlitus imbres:fluuiorumq3 cursus:& fontium
scatebras :& animalium ex dissimilibus feetus:& hęc non semper:sed statuis tẽ
poribus fieri Et in uniuersum.quis cum intelligat in dissimilibus : & contrarus
rebus ordinem ab ipsis ęquum:similemq3 seuerari?non cogitet uim quandã esse
quę ista comparet:atq3 disponat: quemadmodum ea sibi optime manere uiden
tur:ipsa enim sponte sua non consisterent:nec unq̃ apparerę possent: cum inter
se naturaliter cõtraria sint. Aqua eni est natura grauis :fluens q3 deorsum:Nebu
le uero leues:et ex his:quę agilia sunt:et sub lune tolluntur:et tamen grauiorem
aquam uidemus in nebulis ferri:Et item grauissima est terra:hac rursus leuior ẽ
aqua:et tamen a leuioribus grauiora uehuntur:nec ad inferiora descendunt: S3
terra stetit immobilis non idem mas est : et foemina:et tamen in unum conueni
unt:et una ab utrisq3 eiusdem animalis generatio perficitur : Et ut summatim di
cam:frigus contrarium est calori:et humidum arido repugnat Coeuntia tamen
non inter se contendunt: sed ex concordia corpus unum:ac rerum omnium ge
nerationem pficiunt:Non igitur hęc se ipsa coniungerent:quę repugnant : et cõ
traria sunt natura:nisi prestantior aliquis esset:et dominus : q ipsa coniungit :
Cui et elementa ipsa tanq̃ serui domino dicto audientes cedunt: ac parent . Nec
suam ipsius naturã unum quod q3 spectãs cum alio certat:Sed cum eum:qui ipsa
cõnexuit:dominum agnoscãt:concordiam interse agunt.natura quidem contra
ria:sed uoluntate gubernantis amica.Nisi enim pstãtioris imperio unum eorum
esset tempamẽtum:quomodo graue agili:aridum humido:teres oblongo : ignis
frigori:uel oĩo aqua terrę:sol lunę:sidera cęlo:aer nebulis pmiscerẽtur atq3 coli
rent? Cũ alterius alteri natura dissimilis esset? Magna.n.iter eos seditio fuisset:cũ
illud ĩcẽderet.hoc refrigeraret.graue ðorsũ.leue e ɔtrario sursũ traheret: et sol q
dẽ illustraret:aer uero obscuraret:Nã et astra iterse ɔtẽdissẽt:cũ alia supi⁹: ps ife
ri⁹ sita sint.ñ uero nox diei nusq̃ cessisset.sed p mãsisset ĩpi oĩo repugnãs . atq3 dis
sẽtiẽs.Quod si hęc fierẽt:teliquũ eẽt nõ iã ornatũ cernerẽ: sed deformitatẽ:nõ or
dinẽ:sed cõfusionẽ:ñ ɔstitutiõẽ:sed ĩteritũ ũiuersi:nõ modũ sed nastitatẽ.Si qdẽ
rerũ oĩum seditiõẽ & pugna uel oia destruerẽt :uel qđ uinceret:solum supesset&
hoc itẽ ũiuersi deformitatẽ oñderet.Solũ.n.cũ esset:& aliorum usu careret:uniuer
sũ informę redderet:ueluti si pes ũus relinqueretur:& ũa mãus:perfectũ corp⁹ ñ

seruaretur: qualis enim mundus esset: si sol tãtum modo appareret: uel luna so
lum circuiret: uel nox sola esset: uel dies semper existeret: quę denuo conuenien
tia toret? si solum cęlum esset absq; sideribus: uel sidera absq; cęlo: Quid uero ꝯ
ducibile: si mare solum esset: uel sola terra sine aquis: & alis creatiõis partibus ia
ceter. qui tandem appareret homo: uel prorsus animal in terris? si elementis in
ter se pugnantibus unum uinceret: nec ipsum posset ad corporum constitutio
nem sufficere? Neq; enim ex solo calore: uel frigore: ex solo humido uel arido: a
liorum quippiam consisteret: sed essent permixta omnia: & incomposita prorsꝰ
Quin etiam ipsum illud: qđ uincere uideretur: consistere non posset absq; aliorꝫ
adminiculo. Nam nec nunc quidem consistit: Quando quidem igitur non cõfu
sio est: sed ordo uniuersi: non ꝯflictus: sed modus: non deformitas: sed ornatus:
& compositio mundi omni & parte conueniens: necesse est cogitare: & opinioñ
eius concipere domini qui ista coniunxit: & copulauit: & concordiam inter ea ꝯ
ciliauit. horum enim principem conditorem: & regem tametsi non uideatur ocu
lis attamen ex ordine & conuenientia rerum contrariaꝫ percipere licet: Sicut. n.
ciuitatem: quę ex multis & uariis hominibus constituta sit: magnis & paruis: di
uitibus: & egenis: & item senibus: ac iunioribus: maribus: ac fęminis: si rectę co
li uideamus & homines in ea uarios quidem: sed tamen inter se cõcordes esse nec
diuites ęgenis: nec paruos magnis: nec iuuenes senioribus infestos: sed omnes ę
quo iure pacem agentes: Hęc si uidemꝰ principẽ omnino adesse cogitamus: qui
concordiam suggerit: tam&si enim minime conspicimus: Confusio nãq; licenti
am significat: ordo autem principem declarat: Et enim in corpore q membroꝫ
concordiam uidemus: nec auribus oculum repugnare: nec pedi manum dissenti
re sed: suo quemq; officio concorditer fungi. ex hoc percipimus esse omnino eo
rum principem in corpore animam: tam&si eam nequaquam uideamus eodem
modo inordine & conuenientia uniuersi necesse est principem uniuersi intellige
re deum: & hunc unum: & non multos: Atqui ordo ipse dispositionis: & cum ꝯ
sensu rerum omnium concordia: non multos: sed unum principem eius: ac du
cẽ uerbum esse declarat. Neq; enim si multi principes essent: hic rerum omnium
ordo seruaretur. Sed essent rursus confusa omnia propter multos: cum ad suam
quisq; uoluntatem omnia traheret: & aliis alii repugnaret: Quemadmodum di
cebamus multitudine deoꝫ deitatem tolli: ita multitudine principum imperium
destrui necesse est. Nam si imperium alter alterius irritum faceret: nullus deinde
princeps relinqueretur: sed essent priuati omnes: ubi uero princeps non est: ibi
confusio prorsus efficitur: Et e contra multarum rerum: ac uariarũ unus ordo:
atq; concordia unum ẽt principem indicat: Non aliter q̃ siquis procul audiat ly
ram multis uariisq; neruis instructam: & concentus eorum concordiam admirꝰ
tur: q non grauis solum neruus: nec acutus tantum: uel medius sonum perfici
at: Sed omnes parari inter se repercussione: concinant: & ex his omnino lyram
intelligat non se ipsam mouere neq; a multis pulsari: Sed unum esse musicum tã
etsi eum non uideat: qui ut apte consonent uniuscuiusq; nerui sonum docte tem
peret pari ratione cum ordo sit in toto mundo omni est parte conueniens: nec su
periora cum inferioribus certent: uel econtra: Sed una omnium series perficiatꝰ:
consequens est: non multos. sed unum totius creationis principem: ac regem in
telligere: qui suo ipsius lumine omnia illustret: ac moueat: Neq; enim multos ar
bitrari oportet creationis principes: atq; factores: sed ad pietatem accuratam: &
uerã ptinet: unum eius opificẽ credere: cum id etiã creatio ipsa manifeste demon
stret: signũ. n. hoc certũ est unũ esse factorem uniuersi: q non multi sed unus est
mõdus Oportebat. n. siquidẽ multi fuissent dii: multos etiã & uarios q mundos
esse Nã neq; multos mundũ unũ condere: neq; unũ a multis fieri decebat. id enim

multipliciter absurdum perhibetur. Primo quia si mundus unus a multis conditus esset eorum qui cum didissent imbecilitas foret. Opus enim a multis unum perfectum fuisset. hunc signum esset minime contemnendum inperfectam singulis esse faciendi scientiam. Nam si unus sufficeret: multi quod minus esset aliud in alio necquicq̄ implerent. in deo autem dicere aliquid minus esse: non modo impium est: uerum etiam plusq̄ nefas: Nam & artificem inter homines perfectum nemo diceret sed imbecillem: si non solus: Sed cum multis opus unum perficeret: quod si totum singuli perficere poterant: ideo autem omnes operati sunt: quia res cōmunis fiebat. hoc quidem ridiculum esset: si propter gloriam unusquisq; operatus est: ne non potens esse existimaretur: ar manem gloriam rursum dicere in diis rerum oīum absurdissimum est: Deinde si ad uniuersi opificium singuli satis erant: quid multis opus fuit: cum per se unus ad omnia sufficeret? alioquin nefas et absurdum uideretur cum id quod factum est unum sit factores ei᷒ multos ac uarios existere. Naturalis enim enim ratio est: unum & perfectum pluribus differentibus excellere. illud quoq; sciendum si mondus factus esset: a multis diuersos: & sibi ipsi dissimiles motus habuisset: Diuersos. n. factores obseruans diuerse moueretur: indiuersitate uero. sicut ante dictum est: confusio rursus et uniuersi d formitas esset. Nam et nauis quę amultis gubernatur recto cursu non uit: nisi gubernator unus clauum tenuerit: nec lyra: quę a multis pulsatur. Cum igitur creatio una sit: & mundus unus: & unus eius ordo: unum etiam ipsius regem: & opificem inteligere opificem iccirco enim & ipse opifex uniuersum mundū unū cōdidit: ne multoꝝ constitutione: multi ēt artifices putarent. Sed cū id quod factū est unā sit: un᷒ etiā factor ei᷒ esse credat: nec quia unus est opifex. iccirco et unus est mundus (Poterat. n. & alios facere deus) sed quia unus factus est ī mōdus unū ēt eius opificē credere necesse ē quis igitur hic fuerit? Nā & hoc ostendere iprimis ac dicere necessariū ē nequis hauꝝ reꝝ ignorātia seductus alienū aliqd arbitret. & eādē cū supiorib᷒ impietatē icurrat. De hoc āt puto neminē ābiguā habere sētētiā. iā. n. qi apud poetas dii dicūtur: si deos nō esse oīo patefecit. et qui creationē deificāt: eos errare cōuicit: et ut sumatī dicā: gentilium idolatriā sacrilegiū: et ipietatē ēe monstrauit: his cōfutatis necessariū oīo reliquit piā apud nos religionē existere: et hūc solū deū uerū qui a nobis colit: e p̄dicat: et creatiōis dominū: et oīs substātię opificē ēe: Quis igitur hic? qs nisi sāctissim᷒ ille et sup omnē gēeratā substātiā christi pater: qui tāq̄ gubernator optius ꝓpria sapiētia: pro piroq; uerbo domino nostro iesu cstristo quicqđ ubiq; est salubriter omnia gubernat: disponit facitq; ut ipsi bone habere uidentur: bene autem habent: quemadmodum facta sunt et fieri uidemus. Sic enim uult: et hoc nemo non crediderit: Si enim irrationabilis esset creationis motus: & uniuersum temere uagaret: hęc aliquis quędicta sunt recte non crederet. Quod si uerbo & sapientia & scienna ꝯstitutum est & omni ornatu distinctum: necesse est pręsidem: & moderatorem ei᷒ non alium quemq̄ esse: pręter dei uerbum: uerbū aūt dico: non quod est nascentium unicuiq; coniunctū: & cōnaturale: quod etiam seminabile quidā appellare consueuert: sicut anima qđ nihil rōcinatur: nihil cogitat: sed externa tantū arte operatur iuxta scietiā rei: quę ad illud pertinet nec quale haber rōnale genus uerbum: quod ex syllabis componitur: & in aere significat: Sed sūmi boni: ac dei uniuersorū uiu entē: ac potentē deum ipsum uerbū dico: qui alius est quāq̄ facta sunt. & ōmnino creata: Propriū & solū boni patris uerbū: qui sua ipsius prouidētia uniuersū hoc distinxit: & illustrat: Nā boni patris: bonū est uerbū reꝝ oīum ordinem ipse disposuit: contraria contrariis anectens: cōcordiā ex his unam comparauit: hic cū dei uirtus: & dei sapientia sit: cęlum quidē uertit: terrā aūt suspēdens re nulla pitentem proprio nutu stabiliuit: hoc sol illustrates terraum orbem

irradiat. per hunc in nebulis aqua libratur: Pluuię terram inundant: Mare circũ
cluditur: terra: uariis frondescit arboribus: & gramine spargitur. Tametsi quę
rat de his: quę dicimus infidelis quidam: ansit omnino uerbum dei: Sed tamē ha
bet ex his: quę uidentur inditum. Omnia uerbo dei: ac sapientia constitisse: & eo
rũ: quę creata sunt: nihil stabilitum iri nisi id uerbo fieret: & uerbo: ut dictum
est: diuino: uerbum autem est: quod: ut dixi: non ꝑhemium similitudine compo
nitur ex symillis. sed sui ipsi⁹ patris imago est impermutabilis. Homines enim
ex partibus componitur & idem ex nihillo facti sui habent compositum: & resolu
bile uerbum: Deus autem substantia ẽ in composita. ideo & uerbum ei⁹ substan
tia est in cõposita. unus & unigenitus deus. qui ex patre q̃i ex fonte bono bonus
ꝓcedit: & omnia disponit. & ꝯtin: & causa uero continet & omnino dei uerbũ reb⁹
creatis ꝓsideat: uere admirabilis est: & cognoscere facit non aliter decuisse fieri.
quam sicut & factũ est. Rerum enim creatarũ natura si per se compereturur: fluxa
quedam: & in firma. & mortalis est ut uz. quę ex nihilo subsistar: Deus autẽ natu
ra uniuersorũ bonus superq; bonus est iccirco & humanus. Bono quippe rei nu
llus inuidia fuerit: quare nec esse qdẽ cuiquã inuidet sed omnes esse uult: ut hu
manitatẽ meditari possit: Videns igitur naturam omnem creatã quãtũ quit pro
priis eius in ẽ rationibus labilẽ esse atq; resolui: ne hoc pateret & rursus ad nihil
um resolueretur uniuersũ: ab eã rẽ cũ oĩa suo ipsius: & eterno uerbo fecisset: &
substantiã creationi dedisset: nõ permisit eã sua ipsius natura ferri: & agitari: ne
retro ad nihilũ ꝑiclitet: sed eã omnẽ utiq; bonus uero suo: q & ipse deus est: gu
bernat & regit: ut uerbi ductu: & prouidẽtia & dispositione illustrata creatio ita
biliter possit permanere: ut uidelicet quę ueri ex patre uerbi particeps facta sit:
& ꝑ eũ inesse sustentata: nec patiatur: qd' certe passa fuisset: dico aũt nihil esse: ni
si eã uerbũ d'i seruasset: q est imago d'i inuisibilis: prim⁹ ꝑnes toti⁹ creaturę qr
per ipsum & in ipso ꝯstituta sũt oĩa uisibilia: & inuisibilia: & ipse est caput ecclesi
ę: ut in sacris litteris ministri ueritatis docent. Ipse est igitur omnipotens: oĩs per
fectus & sanctus pr̃is uerbũ q presidet omnibus: & in omnẽ partẽ iures suas pan
dit: & oĩa illuminans uisibilia & inuisibilia in se ipso continet: atq; coartat: nihilq;
põtate sua destitutũ relinquẽs sed oĩa & ꝑ oĩa & unũ qd'q; seorsũ: et oĩa coniũcti
pariter uiuificans: atq; conseruans totiusq; substantię sensibilis primordia: quę
calida sunt: & frigida humida: & arida in unũ contẽperans: ea non dissentire: sed
unam & concordẽ ꝯuenientiã perficere iubet per ipsũ et põtatem eius: neq; ignis
frigido repugnat: nec humidũ arido: sed tãquã aĩca & cognata ipsa qd̃ per se con
cordia: cum in unũ coieri animalia uisibilia generant: & corporibus essentię ꝑ
mordia fiunt. huic obediẽtia uerbo deo animalia: & in terris nascũtur: & in cęlis
consistunt: per hũc mare uniuersũ: & occeanus ingens motũ suum propriis fini
bus retinẽt: & omnis arida graĩe uestitur: ac diuersis ut dixi: frondescit arborib⁹
Et ne in manifestis rebus singula dinumerans tẽpus terram: eoꝝ quę sunt q̃q; na
scũtur nihil est quod non in eo & per eum factũ fuerit & maneat sicut & uir the
ologię dicit. In principio erat uerbum & uerbũ erat apud deum: & deus erat uer
bum hoc erat in principio ap̃ deũ: oĩa per ipsum facta sunt: & sine ipso factũ est
nihil: ac ueluti si quis lyram musicus tendat. & acutis obtusa & media reliquis ar
te concordet: ꝓpositã unam cantilenam absoluet: sic & sapientia d'i uniuersũ tan
quã lyram tenens cũ aerea terestribus aereis cęlestia & singulis uniuersa cõnec
tat: & ea suo ipsius nutu: ac uoluntate circunducat: mũdum unum & unum eius
ordinem bene: & eleganter absoluit: ipse qd' stabilis cũ patre manens omnia ꝓ ut
quicq; patri iusũ fuerit. sua ipsius constitutiõe mouet: Illud enim diuinitatis ei⁹
opstupescẽdum est: q uno et eodem nutu omnia simul non ex interuallis: sed ꝯ
tinenter oblũga retũda: supa: media: infima: humida: frigida: calida uisibilia in

uisibilia ꝑ uni⁹ cuiusq; natura circũducit:& moderat̃ :oblũgũ.n.recte: rotũdũ uo circumagit̃ :mediũ quoq;:sicuti est mouetur :callidũ callescit:auidũ arescit: & uniuersa quẽadmodum eorũ natura fuerit ab eo uniuersificat :& constituũtur per ipsum admirabilis quedã:& uere diuina cõcordia ꝑficitur:Et ut hoc intelligatur exotrẽo sit:quod dico isimilitudinẽ chori magni :Quẽadmodũ igitur chorus:q ex uariis homĩb⁹ ꝯstiterit pueris ac mulierib⁹ : et seniorib⁹ itẽ ac ẽt iũiorib⁹ duce ũo ipãte ꝑ sua quisq; natura et uertute apparebit:uir ut uir : puer ut puer:senex ut senex:& iuuẽis:ut iuuenis:oẽs aũt concordia; unã perficient : uel ut anima nostra eodem tẽpore i nobis sẽsus ꝑ cuiusq; opatione mouet:ut una re ꝑposita oẽs pariter moueãt .oculus ad uidẽdũ.auditus ad audiẽdũ. manus ad palpãdum.olphatus ad odorañ.gustus ad gustandum.sępe etiam alię corporis partes : ut pedes ad ambulandum : uel uel ut tertio id : quod dico ostenditur exemplo:Simile est prorsus magnę urbi condirę:quę colitur in pñtia conditoris eius principis et regis illo.n.pñte & impãte:et oculũ ad omnia tendente:ꝑcedũt omnes alii ad agriculturam:alii aquatũ festinãt.pars frumẽtatũ pgit.hic ad senatũ uidit.ille templũ ingreditur.iudex ut ius dicat:princeps ut leges ferat:ferat autẽ iuste.artifex ad operã.nauta ad mare descẽdit.Faber ad fabricandũ. Medicus ad curandũ:architectus ad edificandũ.hic in agrũ ꝓficiscit̃ .ille ab agro reuertitur. alii circa urbẽ agitant non nulli ab urbe recedũt:quidã ad urbẽ rdeũt.hęc autem omnia principis unius pñtia:& imperio fiũt:& construũtur . Similiter et in omni creatione:tamersi paruũ sit exemplũ:maiori tamẽ cogitatione intelligendũ est Sub uno et.n.actu nutus di uerbi omnia simul reguũt :& quę sua cuiusq; sunt:& singulis gerunt :et ab omnibus pariter unius ordo ꝑficit .Nutu.n. prę sidis et principis uniuersorum diuini ac patrem uerbi cęlũ uoluit̃ Sidera mouetur Sol apparet:luna uagatur.aer ab eo illustrat̃ : ęther incendit̃ .uenti spirant . montes in altũ expliciti constãt.Mare fluctuat:& quę in eo sunt animalia nuerit: Terra manens imobilis fructificat.homo nascitur: et uiuit : deinde ac moritur : et in uniuersum omnia animantur :atq; mouẽtur ignis comburit.Aqua refrigerat:fontes scaturiũt.amnes inundãt: Tempora & anni partes redunt . imbres descendũt : nubes implentur.Grando generat̃ :nix et glaties concrescũt:uolucres uolant:ꝛptilia repetant.aquatilia natant.Mare nauigatur.Terra ferit :& pro suis temporib⁹ herbã ꝓducit arbores uegetat et alia quidem adolescũt:illa maturescũt quędam crescentia senescũt atq; deficiũt.ps euanescũt:non nulla gignũtur:& apparent . Hęc autẽ oia & his ẽt plura:quę ꝑmultitudinẽ dicer̃ ñ possum⁹ :destupescẽdũ: et admirabile di uerbũ illustrãs.atq; uiuificãs suo ipi⁹ nutu mouetac ꝛgit:& mũdũ unũ ꝑficit:nec iuisibiles potestates suas a se ipso dimittit:Nã et as rursus ut q eorũ factor ẽ i uniuersis cõphẽdẽs suo ipsi⁹ nutu:& ꝓuidẽtia cõtiet:atq; uiuificat:Neq; hoc fuerit ad incredulitatẽ uiaticum:Sicut.n.ipius ꝓuidentia corpora crescũt : & anima rõnalis mouet̃ :& uim cogitandi hẽt:ac uiuendi:quod haud multa indiget approbanone( uidemus enim ea quę fuint )ita & ipsum dei uerbũ uno ac simplici nutu sua ipsius in mũdũ uisibilẽ iuisibiles.q; potestates mouet et continet suã cuiq; opationẽ disttibuẽs:ut & diuia iuisibiliter moueãt . Visibilia uero eodẽ quo uidẽtur mõ:ipse uero sup omnib⁹ oium dux.et rex et cõstitutio factus oia ad gloriã:et cognitionẽ patris operatur:et ferme per ea quę fiunt opera eius docet ac loquitur:Ex magnitudine ac pulchritudine reꝝ autor propemodũ spectatur. Vt.n.cũ in cęlũ suspicimus ornatũ eius lumẽq; siderũ cernentes cogitare licet uerbũ conditorẽ eoꝝ:ita cũ uerbũ dei intelligimus:et pr̃em eius deũ ĩtelligere necesse est:ex quo ꝓcedens cõgrue pr̃is sui ĩterpres:et nuntius dicitur.Et hoc ex rebus:quę ad nos pertinẽt aliquis ĩtelligeret. Si.n. ꝓcedente ex omnibus uerbo mẽtem cogitam⁹ :fõntẽ eius esse et uerbe intenti mẽtẽ:quę significatur consi

deratione intuemur: multo maiori contēplatione: et in comperabili excellentia
potentiam uerbi spectantes in cogitationem ueniemus boni patris eius: sicut ipse
saluator inquit: qui me uidet: uidet & patrem. Hęc autem manifestius: & maiorē
in modum scriptura predicat: tota deo inspirata: quibus & nos freti hęc tibi scri
bimus: & tu in eadem incidens eorum quę dicimus fidem habere poteris. oratio
enim a prestantioribus confirmata probationem habet irrefragabilem. superio
ri igitur tempore ab idolorum heresi Iudeorum populo diuinum uerbum caue
bat: dicens: ne feceris tibi idolum: nec omnino simulacrum: quęcunq; i cęlo sur
sum: & in terra deorsum Causā uero abolitionis eorum alibi significat dicens.
Simulacra gentium: argentum: & aurum opera manuum hominum: Os habent
& non loquentur. oculos habent: & non uidebunt: aures habent: & non audient
Nares habent: & non odorabunt. manus habent: & non palpabunt. pedes habēt
& non ambulabunt. Nec uero tacuit de doctrina creationis. Sed cum probe sciret
rerum ipsarum pulcritudinem: ne aliqui spēm earum intuentes non tanq̄ opera
dei: sed tanq̄ deos colerent. cauet omnibus dicens: & ne suspiciens occulis: & ui
dens solem: & lunam: & omnem ornatum cęli captus adoraueris eos. Hęc tribu
it dominus deus tuus omnibus gentibus: quę sub cęlo sunt: tribuit autem: non
ut dii sint ipsis ea: sed ut horum operatione cognoscant gentes rerum omnium
opificem deum: quemadmodum ante dictum est. Antiquus enim iudeorum po
pulus doctrinam maiorem in modum habuit: q̄ non modo ex operibus creatio
nis: uerum et ex diuinis scripturis dei cognitionem habuerunt: & in uniuersū
homines ab idolorum errore: & irrationabili cogitatione reprimēs inquit: non e
runt tibi dii alieni p̄ter me: Nec uero q̄i dii sūt alii: hos uetat ipsos habere: Sed ne
quis uerum deum auersatus falsos sibi deos facere incipiat: quales apud poetas
& scriptores: qui cum dii non sint: nominantur tamen: & perhibentur: & dictio
ipsa eos non esse deos ostendit: per quam dicit: non erunt tibi dii alieni: quod de
futuro significat: nam qđ in posteris fit tunc non erat: cum ista dicebantur: Nū
quid igitur cum gentium uel idolorum impieratem tolleret: plena deo doctrina
reticuit: & humanum genus diuinę cognitionis expers: passim ferri permisit? nō
utiq;. sed occurit cogitationi dicens. audi israel: dominus deus tuus: christus u
nus est: & rursus diliges dominum deum tuum in toto corde tuo & ex totis uiri
bus tuis: & iterum dominum deum tuum adorabis & ipsi soli seruies: & ipsi ad
herebis. q̄ autem per omnia & in omnibus uerbi prouidentia: & regimen ab om
ni diuinitus inspirata scriptura corroboratur. hęc sat erit dicere: ut uerbi fidem
ostendant Sicuti uiri theologi dicunt: Fundauit terram. & permanet constituti
one sua: Permanet dies. & rursus: psalite deo nostro in cythara: qui circuit
cęlum in nubibus: qui preparat terrę pluuiam: qui educit e montibus foenum: &
herbam seruituti hominum: & qui dat iumentis pabulum: per quem autem dat
nisi per quem & omnia facta sunt? nā per quem facta sunt: per eum consequenter
est: & omnium prouidentia: Quis igitur hic fuerit nisi dei uerbum? de quo & ali
bi dicit: uerbo dei cęli firmati sunt: & spiritu oris eius omnis potestas eorum. & e
nim omnia per ipsum: & in ipso facta persistunt: Vnde & nobis persuadet: dicēs
ipse dixit & facta sunt: ipse precepit & creata sunt. quemadmodum & magnus p
omnia moyses in principio creationis mondi hoc dictum affirmat exponens & in
quiens. & dixit deus faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram
Et. n. cum & cęli & terre & rerum omnium generationem ipsi subieceret: pater
dixit. Fiat cęlum & congregentur aquę: & appareat arida: & p̄ducat terra her
bam: & omne animal Vnde & iudeos aliquis reprehenderit: qui parum ingenue
scripturis intendunt. Cum quo enim loquebatur queret aliquis? quando quidē
loquitur qui iubet Si his quę fierent iubeat & loquebatur: superuacaneus fuit

fermo:Nundum enim fuerant:Sed futura erant:Nemo autem cum eo:qui non ē
loquitur.Nemo q̄ factum nondum est et ut fiat iubet & loquitur. Nā si his iube
bat :quę futura erant dicere oportuit.Fias o cęlum.fias terra:& egredere herba:
& fias homo nunc autem hoc non dixit:Sed iubet dicens faciamus: hominem &
egrediatur herba.Quappr ostenditur deus his de rebus cum aliquo quasi disere
rete:qui pones eum erat:Necesse est igitur aliquem fuisse cum eo qui cum loquēs
uniuersa faciebat:quis igitur fuerit:nisi uerbum eius: Cum quo enim dixerit ali
quis deum loqui:nisi cum uerbo ipsius:uel quis cum eo erat cum substantiā om
nem creatam faceret nisi: huius sapientia:quę dicit quando faciebat cęlum et ter
ram cum eo aderam: Sub cęli autem ac terrę appellatione omnia in cęlo et iter
ra creata cōphendit:qui uero simul cū eo ut sapiētia ut uerbū erat pīem ītuens
uniuersum fabricabat:constituebat : ornabat : & qui uirtus pris ē uniuersa cor
roborabat:ut existere possent. Sicut etiam saluator inquit . omnia quę cunq; ui
deo pīm facere:& ego similiter facio.per ipsum uero:& ad ipsum omnia facta ēe
sancti eius discipuli docent:et cum bonus ex bono foetus sit: uerus q̄ filius : uir
tus est patris:et sapientia:et uerbum:et hęc non per participationem:neq; ex tri
secus ipsi aduenuiunt:sicut his qui participes sunt eius:et per eum sapientes : et in
eo competes:ac logici facti sunt:sed perse sapientia:perse uerbum perse ueritas :
per se iusticia:perse uirtus:nec non et character:et illumīatio:& imago: & ut bre
ui complectat fructus patris perfectus est et unicus filius impermutabilis imago
patris quis igitur patrem recensuerit:ut & uerbi eius potestates inueniat sit enim
patris uerbum est ac sapientia: sic et rebus creatis influens efficitur ad genitoris
noticiam:& cogitationem perse sanctificatio.perse uita & ianua:et pastor et uia:
et rex:et dux:et in omnibus saluator:et uiuificans:et lumen:et prouidentia rerū
oīum.Cum igitur tale de se bonum pater hēat:et opificem filium non abdidit ut
clam esset hominibus:sed ipsum quotidie reuellat omnibus ea : quę per ipsum ē
rerū oīum constitutione ac uita.in ipo autem:et per ipsum se quoq; significat :
Queadmodū saluator inqt.ego in pre:et pater in me: ut necesse sit et uerbum ī
generante:et genitum in pre per sęcula uiuere . Cum hęc igitur ita se habeant et
nihil extra ipm sit:sed cęlum:et terra:et omnia quę in eis sunt ab ipso depēdeāt :
stulti tamen hōines cognitionem eius:et cultū retractantes falsa ueris digniora
duxerūt:et pro eo qui uere est deus:inania deificarunt:qui creaturę:et non crea
tori seruirent:rem admittentes stultam:et impiam:ueluti siquis opera supra arti
ficem admiretur:uel męnibus urbis obstupefactus:eorū conditorem pessūdet.
uel si quis instrumentum musicū laudet cū uero : qui composuit:et conglutina
uit eii ciat:dementes et uisu omnino priuati.quomodo enim ędifinū aliter nouis
sent:uel nauem:siue lyram:nisi faber ędificasset:architectus condidisset : music⁹
composuisset .quemadmodū igitur qui talia cogitat furit:atq; omnem insaniam
superat:sic mihi malesani esse uidentur:qui deum non agnoscunt:et uerbum ei⁹
non adorant:saluatorem oīum dominum nostrum iesū christum:per quem pī
omnia gubernat:et continet:et prouidet uniuersis:inquem tu fidem:ac diuinū
cultum intendens o amator christi gaude et bene spera:quoniam fidei:et pietatis
in eum fructus est:immortalitas:regnumq; cęloꝝ si mō aīa secundum leges ipius
ornata fuerit:ut enim premium his est:qui secundum eum uiuent ęterna uita:sic
his:qui aduersum:et non uirtutis iter gradiuntur:confusio magna et inexorabi
le discrimen in die iudicii:quoniam cum uirtutis uiam cognouissent his:quę co
gnouerant contraria fecerunt.



Finis

# CONTRA ARIANOS SERMO PRIMUS.

h Ereses quotquot ipse sibi ueritatis insaniam consistuũt: manifestę sunt: & eorum impietas plana omnibus iam pridem facta est: eos ēt qui talia inuenerunt discessisse a nobis constat: quemadmodum beatus Ioannes scripsit: quoniam eiusmodi nec nũc quidem nobiscũ est uoluntas: Propterea sicut & saluator dixit non colligẽtes nobiscũ: spargent: cũ diabolo: cũ dormientes obseruent: ut ꝓprium ꝑditionis uenenum spargentes habeant: qui cum ipsis moriantur: Quoniam uero una hęresem ultima & nunc erumpens antechristi prępnuntia: quę ariana uocat cum dolosa sit & fallax: hęreses alias sorores suas uetustiores. palam notatas aiaduertens ipsa scripturarum uerbis circundata: simulat quemadmodum pater eius a diabolus: & rursus incitur in ecclesię: paradisum irrumpeř: ut se quasi christianam effingens aliquos argutiarum suasione decipiat (Nihil enim est apud eam rationabile) & non nullos iam decepit insipientes: qui non solum auditu corrupti sunt: sed etiam secundum euan sumendo gustarũt: Et ignari deinceps existimãt amarum dulce: & abominabilem hęresim bonam dicunt: necessarium putaui ꝑsuasus a nobis plicam euoluere thoracis scelerate huius hęreseos: & ipsius amenę cetorem ostendere: ut qui procul ab ea sunt: fugiant tamen: qui uero decepti sunt pęnitentiam agant: & apertis luminibus cordis agnoscant: quia sicuti tenebra non est lux: nec mendacium ueritas: ita nec ariana hęresis bona: quin etiam ualdẽ & nimium falluntur: qui eos christianos uocant quasi nec scripturas legerint: nec christianismum: & quę in eo fides sit omnino cognouerint: quid enim hęreseos pie fidei simile conspicati nugantur: tanq̃ illi nihil mali dicant: hoc profecto est: & caipham christianum dicere: & proditorem iudam apostolis connumerare & eos dicere nihil mali fecisse qui barabam pro christo petierunt: & hymenęum alexandrum q; qđ bene sentiant confirmare: & apostolum contra eos mentium fuisse: Sed hęc christianus nec audire pateretur: nec qui diceret hunc mente sanũ arbitraretur: pro christo enim apud istos arius: sicut apud manichęos manichęus pro moyse uero & aliis sanctis: Sotades quidam apud ipsos inuentus est qui etiam apud gentiles fuit & filia herodiadis: alterius enim enerues & effocem natus moresananus scribendo imitatus est: illius etiam conuiuii saltationem ęmulatus est ipse insultans. & illudens dum blasphemat in saluatorem: Eo fit ut qui in hęresim inciderint mente peruertantur: & insaniant: & domini glorię nomen in similitudine permutent imaginis corruptibilis hominis: & in reliquum ꝓ christianis: ariani nominentur: & impietatis eius signaculum habeant: Ne prętexuerint: ne ue conuiciantes mentiti fuerint ea esse: quę non sunt. Cum ita uocent a magistris etiam christianos: ut ostendant ꝙ & ipsi ita uocantur ariani: ne illuserint: qui suum erubescunt uituperabile nomen. Qđ si erubescunt tegantur: uel resiliant ab impietate sua: nunq̃ enim populus ab episcopis denominationem habuit: sed a domino: in quem credimus: Nam cum beati apostoli pręceptores nostri fuerint: & domini euangelium ministrauerint: non ab illis uocati sumus: sed a christo christiani: & sumus & nominemur: qui uero ab aliis fidei: quam colũt principium habent: eorum etiam denominationem conuenienter hñt: ut q eorũ possessio facti sũt. qppe cũ oẽs nos a christo christiani simus. & uocemur. Electus ẽ itẽ marcio: q hęresin inuenerat: q cũ eiciente steterũt: christiani mãserũt. Qui uero marcionem secuti sunt non christiani posthac: sed marciani uocati sunt Sic & ualentinus. & basilides. & manichęus. & simon magus sectatores suos nominis etiam pticipes fecerunt. & hi quidem basilidiani hi uero manichęi

& illi simoniani: alii ut phryges a phrygia: & a nabata nabatiani appellantur: Ita
et melitius a petro eiectus episcopo: et martyre: suos non iam christianos uocauit:
sed melitianus: Sic ergo cum beatus alexander arium eiecit: qui ab alexandro ste
terũt: christiani manere: Qui cũ ario senserũt nomen saluatoris nostri his relin
querũt: qui ɔ alexandro erant: ipsi deĩde ariani uocati sũt: En igitur ẽt post alexa
dri morte. qui successori eius athanasio comunicãt: quibusq; athanasius ipse com
mũnicat: hi formã eandẽ seruant: nec illi huius nomen: neq; hic ab illis denomia
tur: Sed omnes itidem: ut consueuerãt: christiani uocantur: Nã si etiã magistrorũ
successores hẽmas: auditores eorum efficimur: Sed tamẽ quę cstristi sũt ab eis di
scentes nihilominus christiani: sumus: et uocamur: qui uero sequũtur hęreticos
etiã si successores in numeros habuerit: eius tamen qui hęresin inuenit nomẽ oio
ferũt: Quippe mortuo ario ɔ ex suis multi successerit: tamẽ qui cũ illo sentiũt:
ab ario cognin ariani uocanť: Et hui⁹ utiq; rei mirabile signũ ꝙ gentiles & qui
nunc ingrediũtur ecclesiã gentiliũ supstitionẽ omittẽtes: non eorũ a quib⁹ instru
untur sed saluatoris denominationẽ accipiũt: & christiani a gentilib⁹ incipiũt ap
pellari: Qui uero ad illos abeunt uel quot quot ab ecclesia ad hęresin trãsfugiũt
christi nomen relinquũt: & ariani deinde uocanť: quasi qui iam christi fidẽ non
habeant: sed ariani furoris successores facti sint: Quomodo ergo christiani si nõ
christiani sed ariani: uel quomodo catholice sunt ecclesiæ: qui apostolicã excus
sere fidem: & nouarũ iniquitatũ inuẽtores facti sũt: qui diuinarũ scripturarũ eloqa
deserunt: & arii comessationes sapiẽtiã nouam appellant. hoc cũ dicũt nouam hę
resin non absurde ꝓfitentur: Quapp miratus fuerit aliquis: ꝙ cũ multa precepta
multi: multas hostias in uetus nouũq; testamentum scripserit: nec apud ullum
cõessario inueniat: Sed neq; apud gentilles doctrinę studiosos: nisi apud eos solũ
qui talia in conuiuiis canũt cũ plausu & theatralibus ludis: ut alii risu ꝓsequãt
ad mirabilis arius nihil honestum mutatus: sed & ea ignorans: quę ad doctos ui
ros ptinent: cũ aliarũ quoq; heresum plurima surripuerit: unius sosati ridicula ę
mulatus est: quid enim ipm facere oportebat: nisi cum saluatori insultare uellet:
in resoluis ac lasciuis modulationibus misera impietatis suæ uerbula significa
re: ut queadmodum sapientia dicit: ab exitu orationis uir cognoscitur: ita et ab
illis effęminano animi: et corrupta scribentis sententia cognosceretur: nec pro
fecto latuit miser: sed q̃uis ipse se quasi serpens sursũ: ac deorsum diu sinuaret: ce
cidit tamen in errorem pharisęorũ. Nã ut illi cũ inique agere uellent: uerba legis
meditari simulabant: cumq; ex pectatũ: ac pñtem dominũ negare studerent: deuз
nominare simulabant: arguebantur autem blasphemare dicentes: quare tu cum
homo sis te ipsum facis deum: & dicis ego et pater unum sumus: ita & adulterim⁹
ac sosatius arius simulat quasi de deo dicere: cum uerba scripturarum apponat
sed undiq; arguitur arius sacrilegus: qui dei filium negat: et eum his quæ facta
sunt: connumerat: Hoc igitur principium est arianæ comessationis: et nugatiõis
quę ritum habet: & modulationem effoeminatam. Secundum fidem inquit electo
rum dei sapientum dei filiorum sanctorum: qui recte diffiniunt qui sanctum dei
spiritum acceperunt: hęc ego quidem de his didici: qui participes sunt sapientię
gratiosi diuinarum rerum doctores: per omnia sapientes: horum per uestigia gra
diens: et ego sectator notus: qui multa passus sum propter gloriam dei: et cum a
deo didiceri: noui sapientiam: & intellectum: Hęc ipsius ludibria: quę in ea conti
nentur euitari poterant. Sed fuit inquit cum deus solus erat: & ita pater fuit: sed
postea q̃ factꝰ est pater: nõ semper filius fuit: Nam cum omnia facta sint: & ex ni
hilo & omnia creaturę sint: et facturę: factus est et ipse dei filius ex ex nihilo: et
aliquando non fuit: nec fuit priusq̃ gigneretur sed principium creationis habuit
& ipse: Erat enim inquit solus deus: & nundum uerbum erat: & sapientia:

Deinde cum nos condere uellet: tunc unum quendam fecit: & eũ nominauit uer
bum: & filium: & sapientiam: ut nos per ipsum faceret: Duas igitur dicit sapien
tias esse unam propriam. & cum substantialem deo: filium aut͂ in ipsa sapientia
factum esse: & huius participem nominasse solum sapientiam. & uerbum: Sapié
na. n. inquit in sapientia fuit dei sapientis uoluntate: sic & uerbum alterum fuisse
dicit preter filium in deo: & huius item participem filium ipsum per gratiam: no
minatum. esse uerbum: & filium: Est autem & hęc sua ipsorum hęreseos sententi
a: quę in aliis eorum scripturis ostenditur: Multas potestates esse et unam quidé
dei naturaliter propriam: & sempiternam: christum uero non esse ueram dei pote
statem: sed ex his: quę potestates dicuntur: unam esse & ipsum: quarum unã & lo
custam & bruchum: non potestatem solum: sed & magnã appellari: alias uero
multas esse: & similes filio: de quibus & dauid cantat: dicens: Dominus potestatũ
& natura quidem: ut omnes ita & uerbum mutabile esse. sed suo ipsius libero ar
bitrio: donec uult: bonum manere quando tamen uult mutari: & ipsum posse:
sicut & nos cum natura sit mutabilis. icc irco enim inquit: & deus prenoscens ip
sum fore bonum: hanc ei gloriam preueniens dedit: quam postea per naturam
quoq; habuit: Eo fieri ut ex operibus quę deus prenouerat: nunc ipse talis exi
stat: Ausus est item dicere: q; uerbum non est uerus deus q; si etiam dicitur deus
non tamen uerus est: sed participatione gratię: ut omnes alii: sic & ipse dicit᷑ no
mine deus & cum omnia per substantiam diuersa sint: & dissimilia deo: ita & uer
bum a substantia: & sempiternitate dei patris per omnia diuersus est: atq; dissimi
lis. eorum autem: quę facta sunt & creata proprius & unus est: Post hęc autem
quasi & successor petulantię diaboli factus in comessatione posuit: esse igitur &
filio inuisibilem patrem: & uerbum nec perfecte: nec omnino suum ipsius patré
intueri: & cognoscere posse: Sed quod & cognoscit: & uidet proportione mensu
re suę cognoscere: atque uidere sicut & nos pro ui natura cognoscimus. & enim
filius inquit: non modo patrem non plene cognoscit (neq; enim ad cumprehen
dendum satis est) quin etiam filius ipse suam ipsius substantiam non nouit: &
dispertite: natura ac diuerse: & disiuncte: & alienę: & singulares inter se sunt sub
stantie patris: & filii: & ipsius spiritus sancti pronuntiauit: & ipse omnino dissimi
liter eos esse inter se substantiis & gloria in infenitum: Verbum igitur quantum
ad similitudinem substantię pertinet & glorię alienum omnino ẽe dixit: ab utris
q; parte uidelicet & spiritu sancto: his enim uerbis pronuntiauit impius: & diui
sum esse: per seipsum: & in omnibus singularem a patre filium esse dixit: Hę fa
bellarum sunt partes quę in ridiculo posite sunt arii commentarios Quis igitur
qui hęc: qui ue cõmessationis cantum audiat: non merito arium oderit: de his re
bus tanq̃ in scęna ludentem? quis non uideat hũc mulieri dum nominare deum
ac de deo dicere uidetur: quasi serpentem insidiari? Quis deinde cum in hęc inci
derit: non inspiciat impietatem eius? sicut & serpentis subsequentem erroré: quo
mulierem captam deduxerat? Quis non super eiusmodi blasphemiis obstupes
cat? Cęlum quidem: ut propheta inquit: obstupuit: & terra tremuit in transgressi
one legis: Sol uero cum magis indignaretur: nec sustineret corporis contumelias
quę tunc in dominum nostrum omnium comunem fiebant: Quasq; non inuitus
ipse pro nobis patiebatur: contractis radiis auersus ẽ: ac diem illum sine luce
reddidit. At uero super arii blasphemiis: quomodo non attenuata obmutescit
natura omnis humana quomodo non aures obturat: oculos quę premit: ut
nec talia audire: nec eum qui eiusmodi scripsit uidere possit? ipse uero domi
nus quomodo non iuste magis aduersus hos impios pariter: & sine christo
ea clamat: quę per prophetam quoque predixit oseum? Vę ipsis. quo
niam resiluerunt a me. miseri sunt quoniam impie fecerunt contra me:

ego autem redemi ipos:ipsi uero contra me locuti sunt mendatia.et paulopost:et contra me cogitauerunt :mala auersi sunt ad nihilū : Quippe qui cū uerū dei uerbū auerterint:falsūq; sibi ipi fixerit:in nihilū ceciderūt: iccirco eni et uniuersalis synodus arium:qui hęc dicebat:ab ecclesia deiecit . & anathema fecit ipietatem eius non sustinens:& hęresis deinde:reputatus est arianus error:quę plus aliquid héret aliis hęresibus quia uidelicet impugnatrix christi appellata est : & q̄si pręnuntia antichristi reputata est : q̄q̄ igitur hoc:ut ante dixi:sudinum aduersus ipiā hęresē:ipsū p se ad suadēdū maxīe sufficeret:ut oēs ab ea fugerēt quoniā tamen eorū nonnulli:qui christiani uocantur:in differentē:quod adueritatem attinet:hęresin arbitrantur:siue illi ignorent:siue ut antedictum est simulent : eos etiam:qui talia sentiunt:christianos nominant.age pro uiribus iterrogemus eos et hęresis reuellemus:astutiam:fortasse hoc etiam modo erubescentes reprimentur:et fugient ab ea:tanq̄ a fatie serpentis igitur si quia scripturæ uerba quędam in comessatiōe possita sunt:maledictiōes propterea benedictiones esse existimāt : necessario cum iudęos nunc etiam legem:& prophetas:legere uideant: una cum illis christum negabunt: et ipsi.Fortasse etiam si manicæos audiunt: qui aliquas euangeliorum partes legunt:cum ipsis quoq; leges: prophetas q; negabūbt. Si uero ignorantes ita uexantur:& hęc inepte loquuntur:discāt a scripturis:q; hęreses diabolus excogitans : propter suum malitię fetorem uerba do scripturis mutuo sumit:ut sub eorum prętextu:cum uenenum suum sparserit:simplices capiar:Sic euam decepit:Sic et alias hęreses subornauit:Sic & ario nūc dicere persuasit:& personam utiq; aduersus hęreses induere:ut propriam hęresin clandestinꝰ iniceret:Et tamen nec sic quidem uersutus latuit:Nam cum in dei uerbum impie faceret:statim ex omnibus eccidit:& palam omnibus fuit:ipsum etiam dereliqs ignorare:et nihilo omnino uerum sentientem simulare: Quomodo enim uerum de patre dicet:qui filium negat:aquo ille reuellatur? Vel quomodo recta de sancto spiritu sentiet:qui maledicit in uerbum:aquo ille donatur:Quis autem isti crediderit de resurectione dicenti qui christum primo genitum propter nos factum a mortuis surexisse negat?Et quo nam modo qui plane:filii ex patre propriam: ac ueram generationem ignorat num etiam de ipsius in carne pñtia falletur?Sic enī & iudęi:qui tunc erat:cum uerbum negarent:& dicerent:non habemus regem : nisi cęsarem:omnibus simul priuati sūt : & exortes facti luminis:lucetne odoris: unguenti prophetiæ:cognitionis:& ueritatis ipsius:& nunc nihil intelligentes : tanq̄ intenebris ambulant:Quis enim talia unq̄ audiuit? unde:uel a quo hęresis assentarores:& largitione corrupti homines talia preceperunt? Quis eis dum instruerentur :talia locutus est? Quis dixit eis accedite omnes.ut omisso creatoris cultu:creaturam facturam q; colatis:Q đ si hęc & ipsi nūc primum audisse fatentur? negari nolint hęresin hanc esse alienam:neq; a patribus traditam:id uero:quod non a patribus:sed nunc inuentum est : quid aliud fuerit q̄ de quo beatus paulus pręduxit?in posteris temporibus deficient quidem a sana fide attendētes spiritibus erroris & doctrinis dęmonum auertentes ueritatem:Ecce enim nos quidem ex diuinis scripturis palā loquimur:de pia fide:& tanq̄ lucernam super candelabrum ponimus dicentes:Filius uerus natura:proprius est patris:proprius substantiæ ipsius:Sapientia unigenita:et uerbū uerum: & solum dei hoc est . Non creatura:neq; factura:sed propria patris substantiæ generatio:propter quā deus est uerus:ueri patris cum substantialis existens.Alii uero:quibus ait : Ego dixi: dii estis solum participatione uerbi per spiritum sanctum hanc habent gratiam a patre.Character enim est substantiæ patris:& lumen de lumine:& potestas et imago:uera substantiæ patris.hoc enim rursum dominus dicit:qui me uidet : uidet et patrē:Semp āt ē:et nūquā ñ fuit: Nā cū sempiternus sit pater:sēpiternū

& huius fuerit uerbum: & sapientia: ipsi uero quid nobis ex criminosa comesati
one ,pnunciant? legant primũ ipsam, imitantes, morẽ scribentis: ut ẽt cũ ab aliis
irridentur: discant in qua ruina iacent. et ita deinde dicant: quid nam ex ea fate
antur: nisi quod deus non semper fuit pater, sed postea factus est: non semper fu
it filius, non enim erat ante quam genitus est, non ex patre, sed ex nihilo factus ẽ
et ipse. Non est proprius substantię patris. Creatura enim est et factura.
Nec est uerus deus christus: Sed participatione & ipse deificatus est: Non nouit
patrem absolute filius: Neq; uidet perfecte filius patrem neq; intelligit: nec cognõ
scit plene patrem uerbum: Non est ipse uerus: & solus patris uerbum: sed nomi
ne tantum dicitur uerbum & sapientia: & per gratiam dicitur filius: & potestas
non est immutabilis ut pater: sed mutabilis est: natura sicuti creaturę: & non sui
sufficit ad cumprehensionem cognoscendi profecte patrem: Admirabilis unq; he
resis: quę nec persuasibile quicq̃ habeat: sed falsum semper contra uerum sonet
& rectę dictis omnino aduersetur. Si quis ergo his: quę ab utroq; dicuntur excu
sis interrogaretur: utrius fidem eligeret: is quę nam uerba deo conuenire dicer&
Sed dicant ipsi potius assentatores impietatis qd de deo dicere conueniat. Erat
ne deus uerbum: interroganti respondere: ex hoc enim cognoscetur: & reliquum
utriusq; prepositionum: Quid dicere conueniat, fuisse aliquando tempus: cum
non erat: an semper fuisse illum? prius genitum esse? an sempiternum? an a tempo
re? Et ex tempore. Natum alem? an adoptiõe? & participatione? & unum eum dicer
ex his: quę facta esse animaduertimus: an patri connectere ipsum? dissimilem ne
patris eum secundum substantiam: An similem patris & sempiternum esse? crea
turam esse: an creaturas: per ipsum factas esse: ipsum ẽe patris uerbum: an alte
rum pręter hunc? & per illum hunc: per q; aliam sapientiam factum esse: & hũc
nomine tantum modo uerbum: & sapientiam uocari: & illi⁹ sapientię: hunc parti
cipem & secundum factum esse. Utra igitur uerba deum loquuntur: deumq; esse
demonstrant: & filium patris dominum nostrum iesum christum: An hęc q uos
euomuistis? an hęc quę nos ex scripturis diximus ac dicimus. Quod si neq; deus
est: neq; uerbum: neq; filius saluator: licitum est ut gentilibus: & Iudeis: ita &
uobis dicere: quę uultis Sed si uerbum patris: & filius uerus est: & ex deo deus ẽ
& super omnia benedictus in sęcula: quomodo non dignum est tolli: & aboleri
cum cetera uerba: tum etiam arianã insaniam quasi malorum exemplar: & omni
impietate plenã? inquam qui inciderit: non uidet: q apud eam terrigenę peunt? &
profundo barathri occurit: & hoc sciunt & ipsi: sed calidi occultant: cum ea loq
non audeant: & ab his diuersa pronuntient: Nam si dixerint: damnabuntur: si su
specti fuerint: scripturarum argumentis: ab omnibus eiicientur. Quamobrem tan
quam seculi huius filii callide lucernam ipsorum consuetam ex caprifico acce
dentes: & ea ne statim extinguatur uerentes (lumen enim impiorum extingui
initiũ accepisse enarrari per dominum ab eis qui audiuerẽt in nos confirmata est. Quod si ex his unus quę facta sunt ulius esset: melior eis non esset: nec in preuaricatione plus propter ipsum ultionis reponeretur: Neq; enim in ministerio angelorum pręuaricantibus pro uno quoq; eorum plus & minus erat : Sed una lex erat una uindicta in eos qui pręuaricarent: Sed quia uerbum de his non est quę facta sunt: sed patris filius est ideo quanto melior ip̃e & quę per ipsum fiunt meliora & prestantiora sunt: tanto etiam pœna maior : Videant igitur gratiam quę per christum est. & ipsum agnoscant ex operibus quoq; tęstificantem ꝙ ab his quę facta sunt diuersus est: Solus autem uerus ip̃e in patre filius & pater in ip̃o: lex igitur per angelos dicta est: & perfectum fecit neminem : cum uerbi indigeret aduentu quemadmodum paulus dixit. Aduentus autem uerbi patris opꝰ perfecit: & tunc quidem ab adam usq; ad moysem mors dñata est : Verbi autem presentia mortem exinaniuit. Nec iam morimur omnes in adam sed uiuificamur omnes in christo & tunc quidem a dauid usq; ad bersabee lex gloriabatur & in sola iudęa notus erat deus nunc autem ĩ omnem terram exiuit sonus eorum et omnis terra plena est cognitione dei: Discipuli enim gentes omnes docuerũt et nũc impletum est quod scriptum erat : Omnes erunt scientes dei & imo quę ostendebãtur figura erat. Nuper ueritas patefacta est : & hoc item apostolus ip̃e manifestius deinde declarat dicens: in tantum melioris testamenti sponsor factus est iesus & rursus nunc autem melius sortitus est ministerium : quanto et melioris testamenti mediator est. quod in melioribus repromissionibus sancitum est lex & enim nihil perfecit. Inductio autem est melioris spei: & iterum dicit necesse est ergo exemplaria quidem cęlestium his mundari: ip̃a autem celestia melioribus hostiis q̃ istis. Melior igitur & hic & ubiq; domino ascribitur. qui melior est & diuersus ab his quę facta sunt: Melior enim hostia quę per ipsum fit : Melior spes quę in ip̃o est & repromissiones quę per ipsum fiunt non ut quę magna penius : sed ut naturaliter diuersa diuersio comperantur . Nam & qui hęc disponit melior est q̃ quę facta sunt . et illud etiam quod dicitur factus est spõsor : sponsionẽ pro nobis ab eo factam significat Vt enim cum uerbum esset caro factum est & factum esse carni computamus: facta est enim ipsa atq; creata ita & hic factus est ut hoc iuxta secundam significationem accipiamus. quia ip̃e factus est homo & cognoscant litigiosi ꝙ ab hac quoq; peruersa eorum opinione refellerentur audiant quia non ipsius substantiam paulus factam esse significat qui nouerat ipsũ esse filium et sapientiam et splendorem et imaginem patris. Sed factum esse hic quoq; testamenti ministerio cõputatur per quod mors quę aliquando dominabatur examanita est. Nam ministerium quod per ipsum fit hoc quoq; melius factum est ꝙ uim legis in qua per carnem infirmabatur condemnauit deus filium suum mittens in similitudine carnis peccati: et de peccato condemnauit peccatum in carne depellens ab ea peccatum in quo perpetuo captiua tenebatur. ut intelligentiam dei suscipere non posset: et carnem uerbi susceptibilem præperasset. nos fecit non iam secundum carnem ambulare. sed secundum spiritum et sepius dicere: nos non in carne sumus sed in spiritu et filius dei uenit in mundum non ut iudicet mundum sed ut redimat omnes et mundus pre ipsum saluetur. Tunc enim quasi reus iudicabatur a lege mundus: Nuper autem uerbum in se iudicium rcepit: et pro omnibus corpore passus salutem omnibus elargitus hoc intuẽs clamabat ioannes lex per moysem data est . gratia et ueritas per iesum christũ facta est meliur autem gratia q̃ lex et ueritas q̃ umbra. Melior autem ut dictum est per alium quempiã fieri non poterat nisi per filiũ qui sedet in dextera patris: hoc uero quid aliud significat q̃ filii proprietatẽ: et quę patris est hãc filii diuinitatem ẽe: Patris enĩ impium filius regens in eadẽ sede cũ patre sedet. Et uerbũ qđ p̃ris

diuinitate contemplamur deus est & qui filium uidet uidet & patrem. & ita deus
unus est: & adextra sedens patrem a sinistra esse non facit: sed quod in patre dex
trum est ac uenerabile: hoc & filius habet & dicit ipse omnia quęcunq; pater ha
bet mea sunt iccirco enim a dexstra sedens filius patrem & ipsum a dextra uidet
Tametsi ut homo factus dicat prospiciebam dominum quia a dextris meis est iu
giter: Nam & in hoc item ostenditur φ filius est in patre: & pater in filio quia cū
in dextra sit pater in dextra est filius: & cum a dexstris sedeat filius pater est in fi
lio: & angeli ministrant ascendentes & descendentes de filio autem dicit & adorēt
eum omnes angeli dei: & quando angeli ministrant dicunt ad re missus sum &
dominus iussit: Filius uero q̃uis ut homo dicat missus sum & oret opus perfice
re & ministrare: Tamen ut uerbum & imago dicit ego in patre & pater in me & q
me uidet uidet & patrē et pater in me manens facit opera. Quę enim aliquis in
imagine contemplatur. ea patris opera sunt. Hęc igitur istis ipsam certe impu
gnantibus ueritatem satis esse possunt: Verum tamen quia scriptum est: melior
factus si factum de filio dicitur proinde ac genitum & esse audire nolunt uel qr
melius factum est ministerium: factum ut diximus accipere & intelligere recusāt
sed ex hac dictione putant dici factum esse uerbum: hęc quoq; breuiter accipiant
quandoquidē superiorib⁹ obliti sunt: si filius est ex numero angelorum dicatur
sane de illo sicut de angelis hęc dictio factus: & nihil ab eis per naturam differat:
Sed sint aut & ipsi filii: aut & ille angelus & omnes communiter a dextra patris se
deant: uel cum omnibus pręsto adsit & filius tanq̃ spiritus qui ministrer quiq;
ad eiusmodi illorum ministeria mittatur & ipse: Quid si paulus ab his filium se
cernit quę facta sunt dicens cui enim dixit angelorum filius meus es tu: & hic cę
lum terramq; angeli uero ab ipso fiunt: & ipse cum patre sedet illi presto adsunt
ministrantes cui non fuerit denuo planum. φ non de substantia uerbi dixit hanc
dictionem factus. Sed de ministerio qd' per ipsum factū ē: Vt. n. cum uerbum es
set caro factum est: Sic homo factus tanto melior in ministrando factus est mini
sterio qd' per angelos fit: quantum distat a seruis filius ab opificis opifex Desin
ant igitur de substantia filii dictā accipere dictionem hanc factus. Non enim de
his est quę facta sunt: & cognoscant quia factus dictio significatiua est ministeri
ac dispositionis factę Quomodo autem rebus creans in ministrando melior fact⁹
sit qui natura melior erat: superiora declarant. Equidem arbitror fore de his eru
bescant. Sed si forte contenderint. haud absurdum fuerit in uesaniam eorum au
daciam discedere: simulq; opponere istis uerba huiusmodi de ipso patre dicta ut
uel confusi linguam suam maledictis contineant uel certe intelligant quantam
insanię profunditatem inuenerint. Scriptum ē igitur fias mihi in deum protecto
rem. & in domum refugii ut salues me & rursus factus est dominus refugium pa
uperi: ut quotquot eiusmodi dicta in sacris scripturis inueniuntur: Si ergo hęc
in filium dicta esse fatentur qd' fortasse uerius est: agnoscant quia sancti dignum
dicunt ipsum qui factus non est sibi adiutorem esse domumq; refugii Et deinceps
cum legunt & factus est & fecit & creauit in presētiam eius quę in carne fuit scri
ptum accipiant: tunc enim factus est adiutor domus quę refugii cū peccata no
stra corpore suo sustulit in ligno: dixitq; uenite ad me omnes qui laboratis & o
nerati estis. & ego reficiam uos. Si uero in patrem hęc uerba dici asserunt ergo qr
& hic scriptum est fias & factus est: huc eorum conatus progredietur ut deum et
factum esse dicant. & de ipso haud aliter q̃ de uerbo eius disserere audebunt: Con
sequenter enim eos talia de patre suspicari conuincitur: qualia etiam de uerbo sō
niant: Sed absit ut hoc unquam fidelium cuiuspiam mentem pertranseat. Nam
neq; filius ex his est q̃ facta sunt. Neq; id qd' ita scriptum est & dicitur fias & fac
tus est principium essentię significat: sed auxilium indigentibus factum. Deus

enim semper est & idem Homines autem postea per uerbum facti sunt sicuti pater ipse uoluit: & his qui facti sunt inuisibilis est & inaccesibilis deus: & hominibus pcipue q i terra sūt: Quādo igit' h mi hoies i plorāt Quādo psecutionē patientes auxidilio i digēt. Quādo iiurta affecti precāt' tūc inuisibilis ille cū hūanus sit beneficio sentitur quod p propriū ipsius uerbum et in ipso facit: & continuo p cuiusq; indigentia deus pñs est hominibus & inficitur infirmis robur persecutionem pacientibus refugiumq; domus saluris iniuria affectis dicit ipsis ad huc loquentibus amo ecce adsum Quod igitur in subsidium cuiq; fit per filium hunc sibi quisq; deum factum esse dicit: Nam et ad iutoꝝ ab ipso deo per uerbū fit: & hoc hominum consuetudo nouit:. Et hoc quilibet dici recte consentiret: Sæpe et homines hominibus opitulantur & alius iniuria affectum deffendit ut abraam loth alius profugo demum aperuit ut abdias filiis prophetarum: alius hospitem suscepit ut loth angelos alius indigenti largitus est. ut iob rogantibus ipsum: Hi ergo si pro cuiusq; meritis dicerēt. hi mihi adiutor ille refugium alius largitor factus est Hæc cum dicerent. non generationis principium nec essentiam eorum significarent qui benefecissent: sed beneficium qđ ab illis accepissent pari ratione sancti cum de deo dicunt factus est & fias non principiū quodam generationis significant. Deus enim nec principium habet nec factus est: sed salutem ab eo factam hominibus ostendunt. Quod cum ita intelligatur cōsequens erit de filio quoq; q̄tū libet quotiēs q; dicat factus est & fias: eādē seruare sententiam ut cum dici audierint factus melior angelis & factus est non factum di uerbi principium intelligant. nec ex his omnino factum ipsum somnient sed id a paulo intelligent de ministerio ac dispositione dici cum factus est homo: Quādo enim uerbi caro factum est et habitauit in nobis: uenitq; ut salutem ministraret omnibus atq; donaret: tunc salus nobis factus est uita factus est propiciatio factus est: Tunc pro nobis ipsius pręparatio angelis melior facta est: & uia factus est ac resurrectio: Et quemadmodum illud fias mihi in deum protectorē ñ essentię ipsius dei generationem significat sed ut diximus humanitatem: ita & nunc factus melior angelis & factus est et in tantum melior factus est sponsor iesus non substantiam uerbi factum significat: absit sed ipsius: erga nos beneficiū ex humanitate factum licet hęretici ingrati sint & litigiosi.

Vm in superioribus de errore ac superstitione gentilium pauca ex multis libantes id quod ad idola petrinet satis diximus quonam modo ea ab initio inuenta fuerint q; ex peccato homies sibi ipsi idolorum cultum excogitarunt: Quin etiam dei gratia non nihil de uerbi paterni diuinitate significamus de ipsius in res omnes prouidentia atq; uirtute q; per eum bonus pater omnia disponit et ab eo cuncta mouētur: & in ipso uiuificantur: Age o macari & pietatis fide uere christi amator consequenter etiam de uerbi humanitate narremus & ipsius ad nos apparitione diuina ostendamus quam iudæi calumniantur gentiles irrident: nos autē ueneramur ut in quo uerbi exinanitio uidetur: hic etiam multo maiorem multoq; ampliorē erga eum pietatem habeas: Quantum enim ab ipsus irrideretur tanto maiorem diuinitatis suæ testificationem præbet: Quæ enim homines quasi fieri non possint minus comprehendunt ea ipse fieri posse demonstrat: & quę homines tanq̄ absurda ludificant ea ipse bonitate sua consentanea reddit. & que arguti homies tanq̄ humana rident ea ipse uirtute sua diuina esse demonstrat qui ex cogitatōē idolorum per cruce solita ipsius humilitate peruertit illudentes uero & in credu

los.ut sua ipsius diuinitatem uitamq; cognoscerent occulte conuerrit Sed ad horũ
narrationem opus est eorum quę prędicta sunt reminisci ut causam cognoscere
possis cur tale tantumq; patris uerbum in corpore apparuerit nec saluatorem
putes qui corpus naturali quadam ratione gestauerit:sed cum incorporeus sit et
& uerbum pro sua tantum humanitate simul & bonitate ut nos saluaret humão
in corpore nobis apparuit:Sed nos qui de hoc uerba facimus prius de creatione
uniuersi ac de opifice eius deo dicere conuenit ut hoc pacto quispiam uideat hãc
etiam a uerbo per ipsa fabricante primordia merito factam fuisse renouationem
Nihil enim contrarium uidebitur si per quem pater eam creauit in ipso etiam
salutem eius operatus est Conditionem mundi & rerum omnium creationem di
fferenter accepere multi & pro sua quisq; uoluntate diffiniuerunt. Alii enim dñt
sponte omnia & ut casus tulit genita esse:ut ępicuri qui pro sẽtentia sua nec uni
uersi quidem prouidentiam esse fabulantur.plane contra ea dicentes quę clara
sunt atq; uidentur:Nam si spõte omnia sine prouidentia ut ipsi uolunt genita es
sent oportebat omnia simpliciter nasci & similia esse minimeq; uaria.Opus enim
erat tanq̃ in uno corpore solem omnia esse uel lunam Et in hominibus totum o
portuit manum esse uel oculum uel pedem:nunc autem non ita est. Videmus.n.
aliud solem aliud lunam aliud terram: Et in corporibus item humanis aliud pe
dem aliud manum aliud caput:Hęc autem distinctio res ipsas non sponte natas
esse declarat: Sed earum causam pręcedere demonstrat ex qua deum etiam qui
distiguit & omnia facit Cognoscere uos alii inter quos & magnus ille apud genti
les plato ex ãte subiecta & non generata materia deum uniuersa fecisse disputant
neq; enim potuisse quicq̃ facere deum nisi ante subiecta fuisset materia sicut & fa
bro lignum ante subiectum esse oportet:ut operari possit:Hoc uero cum dicunt
non intelligunt se deo circum ponere imbecilitatem:Nam si nõ est ipse causa ma
terię sed omnia omnino facit ex ante subiecta materia imbecilis ipse inuenitur q
sine materia nihil eorum quę sunt operari possit sicut & fabri certe imbecilitas ẽ
sine lignis nihil quorum usus indigeat operari posse Et enim pari ratiõe nisi ma
teria fuisse& nihil deus operatus esse&.&quonam modo factor iam & opifex dic
tus eset si aliunde operari habuisse& dico autem ex materia. Quod si res ita habet
ut ipsi uolunt deus ad hęc ut res sint:artifex solum non etiam creator erit: Si q
dem in subiecta materia operatur & materię autor non est ipse:nec uniuersi crea
tor dictus esse& si materiam uriq; non creat:ex qua omnia consistunt quę creata
sunt qui uero alias sequuntur hęreses rerum omnium sibi fingunt opificem pre
ter domini nostri iesu christi patrem in his etiam quę dicunt nimium cęcutien
tes:Et enim dicente ad iudęos domino non ne legistis ꝙ qui ab initio creauit:ma
sculum & feminam creauit eos & dixit huius causa relinquet homo patrem & ma
trem & adhęrebit uxori suę & erunt duo in carne una Deide significans eũ q cre
auit Quod igitur inquit deus coniunxit homo non separet quomodo isti alienã
a patre creationem introducunt?Si uero est ut uult Ioannes qui omnia conplec
titur:& dicit omnia per ipsum facta sunt & sine ipso factum est nihil quonammo
do alius opifex esse& preter christi patrem hęc quidem isti fabulantur:diuina ãt
scriptura & christiana fides eorum certe stulti loquutum tanq̃ sacrilegiũ damnat
Neq; enim sponte quia in prouisa non sunt neq; ex ante subiecta materia quia i
becillis non est deus sed ex nihilo & ex eo quod nusq̃ nullatenus erat deum om
nia per uerbum fecisse cognoscit sic per moysem ait.In principio deus fecit cęlũ
& terrram Sed per utilissimum pastoris librum ante omnia crede:ꝙ unus est de
us qui omnia creauit & continer & ea ut essent ex nihilo fecit: Quod & paulus
significans fide inquit credimus perfecta esse sęcula uerbo dei ut ex inui

sibilibus uisibilia fierent: deus enim bonus est immo uero fons bonitatis bono autem nullius rei foret inuidia: quo circa nulli esse inuidens ex nihilo cuncta creauit per proprium uerbum dominum nostrum iesum christum. Et ex omnibus quæ super terrā genus humanum miseratus est. qđ cum uidisset non esse idoneū per proprie generationis rationem durare semper. plus aliquid ei gratificans homines creauit non ut cętera animalia simpliciter sed eos ad imaginem suam fecit quibus uī tribuit uerbi sui ut eum uerbi q̃dam quasi umbra tenerent rationales facti permanere in beatitudine possent. & ueram uereq; sanctorum ī paradiso uitam exigerent. Sed rursus qui hominum nostet arbitrium: qđ in utrumq; poterat inclinari gratiam quam eis dederat pręueniens lege firmauit & loco Nam in suum eos paradisum introducens legem dedit eis ut si gratiam seruarēt & boni esse persisterent uitam in paradiso iocundam sine dolore sine solicitudine uiuerent prętereq̃ ꝙ cęlestis etiā beatitudinis promissionem habebant. Q đ' si transgrediuntur et peruertentes ignaui fierent se ipsos in morte pro natura sua corruptionem passuros esse cognoscerent nec deinde in paradiso uicturos: sed extra eum morientes quod reliquum erat in morte et corruptione mansuros: Hoc et scriptura significat dicens ex persona dei: Ab omni ligno qđ' est in paradiso comestio ne comedeas autem a ligno cognoscendi bonum & malum ne comedetis ab eo: Quacunq; autem hora comederitis morte moriemini. hoc autem morte moriemini quid aliud fuerit q̃ non mori solum sed in mortis & corruptione permanere?

Miraris forrasse. quid ita cum de humanitate uerbi dicere proposuerimus: nunc de ominum primordio narremus. Sed ne hoc quidem est a narrationis consideratione alienum: Necesse est enim qui de saluatoris ad nos apparitione dicimus. de hominum quoq; primordio dicere cognoscas q a causa nostra illi occassio descēdēdi fuit et trāsgressio nostra uerbi hūratē excituit: ut ꝑueniret & ad nos dominus & appareret inter homines. Nos enim incarnatiōis illius causa extititimus et pp nostram salutē hūano etiam ī corpore nasci & apparere concupiuit: Sic igitur deus hominem fecit & incorruptū persisterē uoluit: homines uero ubi contēpserunt & auerterunt adeo cogitationē & ut in superioribus dictū est considerarunt & cogitarunt sibi ipsi peccatum: cuius antea minas audiuerant cōdemnati sunt nec deinde sicuti facti erant permanserunt: sed p eorū considerationē corruptibiles erāt: & mors illi dominans uictoriam obtinebit: Trāsgressio nanq; pręcepti in id eos conuerterat qđ' naturaliter erāt ut quēadmodū facti erāt. cū antea nō essent ita nunc cū essent corruptionem tēporis cōuenienter paterēt: Nā si naturā hn̄tes ut aliquando non essēt uerbi ꝑsētia et hūanitate ad hoc uocati erāt ut essēt: cōsequēs erat dei cogitatiōe priuatos & ad ea cōuersos quę nō sūt (Non esse. n. ꝑhiebēt mala esse āt ꝑhibēt bona) qn̄ quidē cū q est reliquerant deū hoc etiā priuati homies ne sēp essēt ut. uidelicet resoluti ī morte & corruptiōē manerēt: Est. n. hō naturaliter mortalis ut q ex nihilo factus sit: sed naturalē obtudiss& corruptionē pp similitudinē quā ad eū hēt q ē: siquidē eā p ipsi⁹ cogitationē seruasset: ac deīceps icorruptibilis māsiss&: quēadmodū sapīa dicit: Obseruatio legis ꝯfirmatio ī corruptiōis icoruptibilis āt fact⁹: reliquū uixisset tāq̃ de⁹ sic quodā ī loco scriptura significat hoc dicēs. Ego dixi dii estis et filii altissimi oēs uos āt tāq̃ hoies moriemini: et tāq̃ un⁹ pricipiū caditis: De⁹. n. n̄ solū ex nihilo nos fecit. s3 ēt uitā nobis tāq̃ diuiā dedit gr̄a uerbi: hoies āt ab his auersi q̄ eterna sūt et cōsilio diaboli ad ea cōuersi pticipatiōes uerbi cū id qđ nāliter erāt effugerēt. siqdē bōi pstitissēt ipis nālis corruptio n̄ appꝓpīq̄sset sic et sapīa dicit d⁹ hominem creauit ad incorruptionem & imaginem ęternitatis suę: Inuidea autem diaboli mors introiuit in mundum: hoc autem facto moriebantur homines & co

ruptio aduersus.inualescebat & hoc ipso contra uniuersum genus plusq̄ ꝓ na
tura ualebat:ꝙ in eos diuinitatis minas pr̨cepti transgressione presumserat nā
& homines peccando non ad certos secuti sunt fines sed paulatim progredientes
in immensum usq; propcesserunt.cum ab initio inuentores malitį fuissent. &
contra se gressi qui non in uno uitio starent.sed noua omnia super aliis alia exco
gitarent peccando insatiabiles facti sunt:Siquidem adulteria ubiq; erant & furta
uniuersa terra c̨dibus atq; rapinis imbuta.lex de corruptione & iniuria sancta
non erat:mala omnia priuatim et publice apud omnes fiebant.Ciuitas contra ci
uitatem pugnabant & gens contra gentem insurgebat: Totus terrarum orbis
dissensionibus & bellis diuissus. Cum omnes pro se quisq; de iniquitate cer
tarent nec ab his uitia contra naturam habiant:sed ut apostolus ait christi testis
& foemine eorum permutauerant naturalem usum in eum qui est contra naturā
similiter & mares omittentes naturalem usum foemine accensi et ant in cupiditate
ipsorum ad inuicem:mares in maribus turpitudinem operantes & mercedē q̄ op
portebat erroris sui in ipsis capientes propterea iam magis inualescente morte &
aduersum homines corruptione perstante genus humanum corumpebatur Rati
onalis uero & ad imaginem factus homo periebat.& ꝙ adeo factum erat opus ꝑ
debatur.Et enim mors ut ante dixi lege contra nos poterat.nec facultas et at effu
gere legem:nam adeo propter transgressionem lata fuerat & profecto absurdum
simul:& indecorum facinus erat:absurdum quidem deum qui dixerat . mentiri
ut cum legē ipse tulisset morte moriturum hominem si pr̨ceptum pr̨teriret
post trasgressionem homo non moreretur.sed uerbum illius solueretur: Neq;
enim ueridicus deus esset si cum ipse dixisset morituros nos:homo non morere
tur:indecorum autem rursus eos ꝙ rationales facti essent uerbiq; participes peri
re ac per corruptionem ad nihilum de integro redigi:Neq; enim dei bonitate di
gnum qų ab eo facta sunt aboleri propter diaboli fraudem quam hominibus
struxerat.Aloquin etiam omnium maxime indecorum erat dei artem in homini
bus euanescere uel propter eorum negligentiam uel propter d̨monum fraudē
Cum igitur rationalia eiusmodi opera corrumperentur atq; perirent:quid deū
qui bonus facere oportuit?an permittere. ut aduersus ea corruptio ualeret. &
mors ipsa occuparet & quid ea profuisset ab initio fieri pr̨stabat enim non facta
esse quam facta negligi atq; perire imbecilitas enim & non bonitas ex negligen
na dei cognoscitur si cum fecerit suum permittit opus corrumpi:& id quidē ma
gis q̄ si non ab initio fecisset hominem.Nam si non faceret non esset qui imbecill
tatem argueret cum autem fecerit & cum in esse produxerit absurdissimum fuit
opera perdi & maxime inconspectu eius qui fecerat . Non igitur permittendum
fuit.ut homines corruptione ferrentur.cum indecorum id esset & indignum bo
nitate dei:Sed quemadmodum hoc necesse erat ita e contrario rursus obiicitur
deo par fuit:ut in lege quam de mortem tulerat uerus esse appareret:Absurdum
enim erat propter utilitatem perpetuitatemq; nostram patrem ueritatis appa
re mendacem:Quid igitur de hoc etiam fieri oportuit uel quid deo faciendum
fuit:an exigere ab hoībus super transgressione poenitentiam?hoc enim quispiā
dixerit deo dignū fuisse ut quēadmodū ex transgressione uenerāt in corruptionē
ita ex penitētia redirent ad integritatē:Sed nec penitentia qdē seruabat ꝙ deo cō
uenebat:Mendax.n.denuo māsisset nisi detinerent in morte hoīes: Ad h̨c peni
tētia nō reuocat ab his q̄ naturalia sūt s; peccatis tātūmō liberat:Si ergo peccatū
solū ess&:nec dn̄ corruptio sequeretur bn̄ tūc penitentia fuisset.Quod si trāgres
sione semel.occupante hoīes in naturali corruptiōe detinebāt:& ea quæ secun
dum imaginem est gratia priuati erant.quid aliud fieri oportuit ? uel cuius ad
hanc gratiam & reuocationem usus fuit nisi dei uerbi qui ab initio cuncta

ex nihilo fecit ꝙ ipsius enim erat quod corruptum fuit ad integritatem reducere.
Et qui prę omnibus esse possidet consequenter omnia solus regent pare poterat.
& pro omnibus pati & de omnibus ad patrem legatus erat idoneus: hac igitur de
causa incorporeus & incorruptibilis & inmaterialis dei filius in regionem nostrã
uenit: qui nec antea quidem procul cum patre suo manens: Venit autem cum
suas in nos humanitate & apparitione descendens: & conspicatus rationale gẽus
periens & mortẽ ipsis de corruptione dñantem: conspicatus deinde transgressio
nis minas corruptionem aduersus corroborantem: & ꝙ absurdum erat. solui le
gem priusq̃ impleretur. Conspicatus propterea quod contingerat dedecus ut quo
rum ipse artifex fuerat ea tollerentur: Conspicatus interea superabundantem. ho
minum maliciam ꝙ eam ipsi contra se paulatim protendissent haud q̃q̃ tolerabi
lem: Conspicatus etiam omnes homines morti obnoxios esse genus nostrum mi
seratus et infirmitatem dementia prosecutus & cum nostra etiam corruptiõe sub
missus. & mortis uictoria minime per pessis ne quod factum erat perderetur: & o
pus patris sui uanum efficeretur sibi ipse corpus assumit & a nostro minime alie
num: neq; enim temere uoluit incorpore nasci: nec solum apparere uoluit: & per
aliud prestantius diuinam ipsius apparitionem facere: Sed nostrum corpus as
sumit & hoc non inconsulte sed ex pura & intemerata uiri nescia uirgine purum
uere q; ab orens a comixtione uirorum: Ipse enim cum potens sit et rerum oĩu3
opifex in uirgine sibi ipse templum preparat corpus et hoc suum sibi quasi orga
num facit in quo cognoscatur er habiter & cum nostris hoc modo corpus simile
sumpsisset ꝙ omnes eramus corruptioni mortis obnoxii pro omnibus illud mor
ti exponens patri obtulit idq; humaniter fecit: ut omnibus morientibus lex d' cor
ruptione hominum in eo solueretur tanq̃ mortis potans in dominico corpore ĩ
pleta est nec deinde contra eiusmodi homines locum haberet: homines autem ut
pote ad coruptionem reuolutos proprietate corporis & gratia resurrectionis ad
incoruptionem ipse redigeret. & eos a morte suscitaret mortem ab eis quasi stipu
lam igne resoluens: Sciens enim uerbum ꝙ hominum corruptio non aliter solue
retur quam omnino per mortem cum uerbum mori non possit quod imortale est.
& patris filius ob eam rem corpus sibi ipse quod mori posset assumit ut hoc quia
uerbi in omnibus particeps esset pro omnibus morte sufficiens fieret et propter
uerbum quod in ipso habitaret incorruptibile permaneret & in reliquum ab om
nibus gratia resurrectionis corruptio desisteret: Quamobrom tanq̃ sacrificium
& uictimam & uictimam omnis exptem maculæ corpus quod sibi ipse assumpse
rat morti destinans mortem continuo ab omnibus sibi similibus mutui oblatio
ne deleuit: Nam uerbum dei quod pre omnibus esse possidet conuenienter tem
plum corpus q; suum exponens istrumentum creatum precium animę pro om
nibus id quod debebatur in morte persoluit: & quę ad fieri potuit propter simili
tudinem quam cum omnibus habet incorruptibilis dei filius omnes incorrupti
onem induit promissione resurrertionis: Nam et ipsa in morte corruptio locum
aduersus homines non habet propter uerbum quod in his propter unum corpus
in habitat. Et quemadmodum si rerx magnus magnam urbem quandam ingres
sus in aliqua eius domo habitaret talis oio urbs honore multo dignaretur: nec
deinde quispiã inimicus eam autem predator insultans euerteret: sed omni pon⁹
culta digna diceret pp regem uidelicet qui in una ei⁹ domo habitaret: ita & de r̃
ge oĩum fuit: ipse enim cum in r̃gionem nostram uenisset: & in uno similiuũ cor
pore habitasset: omnes deinde hostiũ in homines cessarunt insaniæ: & mortis sub
lata est corruptio: quę dui aduersus eos inualuerat: perierat enĩ genus humanũ ni
si omnium dominus & saluator dei filius ad finiendam mortem uenisset: hoc au
tem opus uere magnum bonitatem dei maxime decuit: Si enim rex domum

uel uerbũ quã ipse condidit preneglegentia eorũ qui inhabitant a prerlatoribus oppugnari omnino non negligit: sed eam uelut opus proprium ulciscitur & liberat non eorum qui in habitant negligentiam sed suam ipsius dignitatem respiciens: multo magis deus omnis boni patris filius non neglexit hominum genus qđ per ipsum factum est. incorruptionem precipitari: sed mortem quę continge rat proprii corporis oblatione deleuit: negligentiam autem eorum. sua ipsius doctrina correxit qui res omnes homium sua ipsius potestate regit. hęc enam theologis ipsius saluatoris hominibus quispiam crdere potest si forte in eorum scripturas incident ubi dicunt dilectio enim christi continet non cer nentes hoc ꝗ unus pro omnibus mortuus est: ergo omnes moriebantur: & pro omnibus mortuus est: ut nos non etiam nobis uiuamus sed ei qui pro nobis mortuus est: & resurexit amortuis domino nostro iesu christo: & rursus paulominus ab angelis inmutum uidemus iesum propter passionem mortis gloria & honore coronatũ ut gratia dei pro omnibus mortem gustaret: deinde & causam cur non alium q̃ ipsum uerbum deum in carnari decuerit significat dicens: Decebat enim ipsum propter quem omnia & per quem omnia multos filios ingloriam ducentem principem salutis eorum per passiones perficere: hoc autem significat dicens ꝗ alterius non fuit ab ea quę erat corruptione homines reducere q̃ dei uerbi qui iam inde ab initio fecerat eos: Quđ autem corpus & ipse dei filius sibi sumpserit qꝛ sacrificium de similibus erat corporibus hoc quoq; significant dicentes: quoniã igitur fili participes fuerunt sanguinis & carnis similiter: & ipse pamceps fuit eorum ut per mortem euacuaret eum qui potestatem mortis habebat: hoc est diabolum & hos liberaret quicunq; metu mortis per omnem uitam obnoxi erant seruitun. Nam propri corporis sacrificio legi quę contra nos erat finem imposuit & uitę principium nobis renouauit spem resurrectionis prebens nam quia ex hominibus in homines mors uictoriam obtinebat iccirco per incarnationẽ uerbi dei rursum destructio mortis facta est: & resurrectio uitę dicente uiro qui christum gestabat: Nam quia per hominem mors & per hominem resurrectio mortuorum: sicut enim omnes ioadam moriuntur. ita in christo omnes uiuificabuntur: & quę deinde sequuntur: Neq; enim nunc etiam quasi damnati morimur. sed tanq̃ excitan communem omnium resurrectionem expectamus quam tẽporibus suis deus qui eam operatus est: atq; donauit ostendet. & hęc quidem prima fuit incarnandi saluatoris causa: Sed ex his etiam aliquis bonã ipsius ad nos presentiam rationabiliter factam esse cognosceret. Deus enim qui rerum omniũ potestatem habet cum genus humanum per proprium uerbum faceret: eorum imbecilitatem nature perspiciens. ꝗ non sufficeret cognoscere opificem nec omnino dei cogitaoĩoné capere cum hic esset increatus illud uero ex nihilo factum hic in corporeus homines ex inferiori corpore creati & omnino facta multum a factoris comprehensione & cognitione distare: miseratus denuo genus humanũ ut qui bonus est: non reliquit eos ipsius cognitione destitutos ut esse haberẽt nõ inutile: quid enim factis esse profuisset non cognscentibus deum factorem suum uel quomodo rationales essene non cognoscente patris uerbum in quo etiam facti sunt: nihil enim ne abrutis quidem animalibus different si nihilo plus q̃ terestria cognoscerentur. Et quid uero deus fecisset eos a quibus cognosci noller. Quare hoc ne fieret cum bonus sit propriam eis communicauit imaginẽ domini nostri iesu christi. & eos fecit ad imaginem & similitudinem suam ut per hanc gratiã ꝯsiderantes imaginẽ uerbũ dico patris ꝑ id possint ipsius pr̃is cogitationẽ cape & factorẽ cognoscentes uitã iuuant felicẽ & uere beatã: Sed rursus stulti homines sic ẽt datã sibi gratiã negligentes deũ usq; adeo uerterunt & animam suam eo usq; perturbarunt ut non solum cogitationis dei abluuiscerentur sed ẽt

ſibi alia ex aliis confingerent. & idola ſibi pro ueritate formarunt et ea quę non
ſunt. deo qui eſt prępoſuerunt creaturę pro creatore ſeruientes & hoc utiq; pe
ius q̄ ad ligna etiam et lapides et materiam omnem & ad homines dei honorem
tranſtulerunt & his ampliora facientes ut in ſuperioribus dictum eſt. in eorum
inuitus retribuerunt cum ipſi ſe magis illorum furioribus aſtringerent: ob hoc
igitur & ueneficia apud eos dicebantur: & uaticinia homines in loco fallebant:
Et omnes quę ad natiuitatem & eſſe ſuum pertinerent ſtellis ac cęleſtibus ſignis
attribuebant. nihil pręterea quamquę uiderentur conſiderantes et omnino im
pietatis omnia plena ei ant et iniquitatis. & unus deus cum uerbo eius non cogno
ſcebatur: tamet ſi non inuiſibile hominibus ſeipſum abſconderet. nec eis ſimpli
cem cognitionem ſuam pręberet ſed eam uarie et per multos explicatet: Siquidē
gratia quam ex ſimilitudīe habemus ipſa per ſe ſufficit deum uerbum & per ipſm
uerbum patrem oſtendere: Sciens autem deus hominum infirmitatem prouidit
eorū negligentię: ut ſi deum p̄ ſe ipſos negligerent cognoſcere: opificem poſſent p
creationis opera non ignorare: quoniam uero negligentia hominum in deteriora
paulatim labebatur: prouidit item deus huic eorum infirmitati legem prophetas
q; mittens ut ipſis monitores eſſent ut ſi etiam oſcitarent cęlum ſuſpicere factorē
q; cognoſcere doctrinam ex domeſticis haberent nā de p̄ſtantioribus rebus ho
mines ab hominibus diſcere familiarius poſſunt: licebat enim ſuſpicientes magni
tudinem cęli & contemplantes creaturę concordiam cognoſcere eius principem
patris filium qui ſua in res omnes prouidentia patrem omnibus notum eſſe facit
& ppea mouentur uniuerſa ut deum omnes per ipſum agnoſcat uel ſi hoc eis tar
dum erat cum ſanctis colloqui poterant: & per eos diſcere rerum omnium opi
ficem deum chriſti patrem & cultum idolorum ſacrilegium eſſe: & rem omni im
pietate plenam: licebat & legem cognoſcentes eos ab omni iniquitate deſiſtere &
uitam ſecundum uirtutem uiuere Neq; enim lex propter iudęos ſolum erat: nec
prophetę propter eos ſolum mittebantur: ſed ad iudæos quidem mittebāt & eos
iudęi perſequebantur ipſi autem erant uniuerſo orbi ſanctum diuinę cognitiōis
& uitę quę ad animam pertinet inſtituendę pręceptum. Cum igitur tanta dei bo
nitas eſſet: tantaq; humanitas homines tamen patis uoluptatibus & dęmonum il
luſionibus illecebriſq; uicti ueritatem non reſpiciebant: ſed ſe ipſos amplioribꝰ
uitiis atq; peccatis replebant: ut non iam rationales uiderētur ſ; irrationales p̄
moribus putarentur: Sic igitur efferatis hominibus ſic diabolico errore quicqd
ubiq; erat inumbrante & ueri dei cognitionem tenebris inuoluente: quid deum
facere oportuit? Tantam ne rem tacitum ferre? & homines permittere a dęmoni
bus ſeduci ne deum cognoſcerent: & quid profuiſſet hominem ab initio factum
eſſe ad ſimilitudinem dei: oportuit enim ſimpliciter ipſum tanq̄ irrationalem fie
ri uel rationalem factum irrationalium uitam non uiuere: Quid uero profuiſ
ſet ipſum ab initio cogitationem de deo accepiſſe: ſi nunc eam indignus eſſet ac
cipere: oportebat nec ab initio quidem datam eſſe: At factori deo quid emolumē
ti uel quę gloria fuiſſet ſi ab eo facti homines ipſum non colerent: ſed alios ſui
factores eſſe putarent: Deus enim uideretur aliis eos non ſibi creauiſſe Ad hęc
humanus rex condita ab ipſo loca aliis dediticia ſeruire non ſinit nec ad alios ꝓ
fugere: ſed litteris eos commonefacit: ſępe etiam amicos eis mittit: Quin etiam ſi
opus fuerit adeſt ipſe tum domū preſentia componens mō ne aliis ſeruiant & o
pus eiꝰ ināne reddat: nō ne multo magis deus pepercit opibus ſuis ne ab ipſo de
ficiāt: & manibus rebus ſeruiāt: cū pręſerti hęc illis defectio pniciē & exitiū fer
ret: Sed his pereundum non fuit quibus ſemel communicata erat imago dei:
Quid igitur deum facere oportuit? aut quid faciundum fuit? niſi ut renouare
tur denuo quod ſecundum imaginem fuerat. ut per ipſum rurſus homines

eum cognoscere possent hęc autem quę nam modo facto fuissent nisi ipsa dei
affuisset & imago saluatoris nostri iesu christi per homines enim fieri nõ poterat
Nam & ipsi ad imaginem facti sunt: sed nec per angelos nam neq; ipsi imagines
sunt: Quaporpter dei uerbũ per se ipsũ affuit: ut qui est tãq̃ patris imago homi
nẽ qui secundũ imaginẽ est. regenerare posset: Quin & nat⁹ nõ fuisset nisi mors
& corruptio tolleretur Propterea conuenienter mortale corpus assũpsit ut in ip
so mos deinceps aboleri posset. & homines itẽ qui iuxta imaginẽ sunt renouaret
Ad hoc igitur alio non fuit opus q̃ imagine patris Vt eni si picta i ligno forma
exterioribus maculis deleatur opus est adesse rursus eum cuius forma est ut in
eadem materia renouari possit imago Nam propter illi⁹ picturam ipsa quoq; ma
teria inqua pictus est non abiicitur sed in ipsa reformatur: eodem modo sanctus
omnino patris filius qui est imago patris uenit in regiones nostras ut hominem
qui secundum eum factus erat renouaret: & qui propemodum parierat: hunc p
peccatorum remissionem inueniret: ut & ipse inquit in euangelis: ueni quod p
ierat iuenire & saluate hinc & ad iudeos dicebat nisi quis regeneratus fuerit: non
ex muliere generationem significans: sicut illi suspicabantur. sed animam osten
dens quę in eo regeneratur & instauratur qui secundum imaginem est: Quoniã
uero idolorum insania & impietas terrarum oĩ bẽ occuparat: & cognitio dei ob
tenebrata erat: cuius nam interfuit orbem docere de patre⁹ hominis inquiet aliq̃s
Sed non suum est hominum omnem quę sub sole est peragrare terram qui neq;
natura tantum percurrere ualent: nec fide digni tanta de re fieri possunt: neq; ɔ
tra dęmonum fraudem & illusionem ipsi per se stare sufficiunt: nam cum omnes
diabolica fraude ac idolorum uanitate animam saucii forent atq; turbati qui fie
ri potuit ut humanam animam humanamq; mentem flecterent quas nec uidere
quidem possunt: Quod autem non uidet aliquis docere quoniam modo poterit
Sed creationem dicet fortasse aliquis sufficere At si creatio sufficeret mala tanta
nunq̃ facta fuissent: Erat enim creatio & tamen homines in ipsum de deo precipi
tauerant errorem. Rursus igitur quis opus erat⁹ nisi dei filius qui & animam
& mentem uidet qui & uniuersa in creatione mouet. & per ea patrem notum esse
facit. Nam qui per propriam prouidentiam & gubernationem uniuersorũ de pa
tre docet. eius & fuit eandem renouare doctrinam: quomodo igitur inquiet for
tasse aliquis factum istud⁹ per eadem enim licebat ut ea quę ad ipsum pertinent p
opera denuo creationis ostenderet: Sed neq; hoc tutum erat non utiq; id enĩ om
ines antea contempserant & cum quidem non sursum oculos. sed deorsum tene
bant. Quaex re conuenienter homines iuuare uolens descendit ut homo simile il
lis corpus assumens & ex his quę inferiora sunt. Per corporis inq̃ opera iuuare
uolens ut qui eum noluerant. ex ipsius in res omnes prouidentia & imperio co
gñoscere saltem per ipsius corporis opera dei filium in corpore cognoscerent &
per filium patrem: Vt enim bonus preceptor qui discipulorum suorum curam a
git: si ex maioribus proficere non possunt eos omnino per minora decendẽs doc
tiores facit ita & dei uerbum quemadmodum & paulus inquit quoniam enim in
sapientia dei non cognouit mundus per sapientiam deum uoluit dęus per stulti
ciam predicationis saluate credentes: Nam quia dei contemplationem homines
auerterant & oculis uelut in profundo submersi deorsum tenentes in generatio
ne sensilibusq; rebus deum requirebant cũ mortales homines ac dęmonas sibi
ipsi deos ɔfingerent: hac de causa huãnus & cõmunis oĩum saluator dei fil⁹ sibi
ipi corpus assumit: & in hoĩbus taq̃ homo uersatur & omnes hoĩum sensus indu
it: ut qui deum in corporeis rebus cogitabant ex his quę dominus per corporis
opera faceret ueritatem intelligerent & sensus tentendissent ibi se ipsos suscipi
et ueritatem ex omni parte doceri uidebant siue enim creationem admirarentur

at eam fateri uidebant christum dominum:siue in ominibus meus eorum occu
pata esset ue eos putaret deos esse: ac ex operibus saluatoris ipsis quoq; iudicib⁹
unus apparebat in hominibus saluator dei filius cum apud illos talia non essent
qualia adei uerbo fiebant:Siue in dęmonibus occupati fuissent:ut eos item puta
reut esse deos : at cum eos a domino eici uiderent cognoscebant unum esse hūc
dei uerbum:& dæmonas non esse deos:Siue in mortuis mens meorum detenta es
set ut heroas quiq; apud poetas.dii nominantur colerent at cum domini resurec
tionem uidere etiam falsos eos esse fatebātur:& unum dominum uerum patris fi
lium qui etiam morti dominatur:propterea natus est:& homo apparuit et mor
tuus est.& resurexit rex hominum qui unq̄ fuere per sua ipsius opera obtundēs
& obscurans:ut ubicunq; homines occupati fuerint:eos inde reducat: & uerum
patrem suum doceat:Sicut et ipse dicit ueni saluare & inuenire quod perierat :
Nam cum semel in res sensibiles mens hominum cęcidisset : uerbum se ip̄m sub
misit ut per corpus appareret.ut ad se homines ipse tanq̄ homo transferet & sen
sus eorum ad se reuocaret & illis deinde qui eum tanq̄ hominem uidebant persu
adere ab operibus quę faciebat ipsum non hominem esse solum sed deum etiam
& dei uęri uerbum ac sapientiam:hoc & paulus significare uolens ait in dilectio
ne uel caritate radicati et fundati:ut ualeatis comp̄hendere cum omnibus sanctis
quę latitudo & longitudo & profundum & altitudo & cognoscere caritatem dei
quę superat omnem sensum ut impleamini in omni perfectione christi Verbum
enim cum se in omne partem extenderit sursum et deorsum in profunditatem
& latitudinem : sursum quid in creationem deorsum ī carnationem . in pro
fundum ad inferos in latitudinem ad mundum:omnia dei cognitione compleuit
Ob hoc autem cum in ipsis esset sacrificium pro omnibus exhibuit corpus mor
ti tradens:ipsumq; suscitans per qđ se in uisibilem fecit immo uero per hoc se ui
sibilem constituit in eo manes et opera eiusmodi perficiens : quę ipsum non etiā
hominem:sed deum esse ostendebant : Vtrumq; enim saluator per suam humani
tatem humaniter fecit:Nam & mortem e nobis tollens nos renouauit : & cum oc
cultus esset inuisibilis per opera se ipsum indicauit:& ostendit uerbum patris ē e
uniuersi principem atq; regem:non enim circum scriptus erat incorpore neq; in
corpore quidem erat:alibi uero non erat:Neq; illud mouebat uniuersa autem op
ratione eius et ꝓuidentia carebant:Sed quod obstupescendum est cum uerbum
esset continebatur a nullo:uniuersa ipse continebat:Et quemadmodum cum in
omni creatiōe sit. Extra omnia est per substantiam in omnibus per uirtutem cū
omnia gubernet ad omnia :in omnibus prouidentiam suam extendat:sigula pa
riter & uniuersa uiuificicet:omnia comp̄hendat a nullo ipse comp̄hendatur : sed
in solo patre suo totus per omnia sit:ita et incorpore humano cum esset : & ip̄m
ipse uiuificaret conuenienter uniuersa & uiuificabat et in omnibus erat. & extra
omnia.& ex corpore quidem per opera cognoscebatur: Sed neq; ex uniuersorū
operatione indicari non poterat : Anie quidem opus.quę extra proprium cor
pus sunt consideratione contemplari:nec tamen extra proprium corpus opera
ri uel quę ab eo procul sunt presentia sua mouere eadem nunq̄ mouet Nunq̄ igi
tur homo cum ea consulerat quę procul sunt eadem etiā mouet ac transfert : ne
si quis domi sedeat.& ea consideret quę in cęlo sunt:solem iam mouet cęlum q;
conuertit:Sed ea moueri & facta esse uidet non tamen efficere potest. ut ea ope
rentur:Iam talis non erat dei filius in homine neq; enim corpori cōnexus erat :
sed hoc potius ip̄e continebat Itaq; & in ip̄o erat:et in omnibus consistebat.& ex
tra res omnes erat:& in patre solo requiescebat:et quod mirum est,ꝙ tāq̄ homo
gubernabat :et tāq̄ uerbū spirātia cūcta gignebat.et tāq̄ fili⁹ cū p̄re mācbat.Vn̄
nec parturiēte qdē uirgīe patiebat ip̄e:nec cū i corpoꝛ eēt polluebat imo uero corp⁹

sanctificabat. nec enim cum in omnibus sit omnium particeps est. Sed ab eo spi rantia cuncta gignuntur & aluntur: Si enim sol qui ab eo factus est: & conspicit a nobis circumflectere coelum non sordescit terrestria contingens corpora: nec obscuratur a tenebris. sed eas ipse illuminat potius ac purgat: multo magis san ctus omnino dei filius solis auctor ac dominus in corpore cognitus non pollue batur: immo uero incorruptibilis esse corpus: q̃ mortale erat uiuificebaat purũ q̃ reddebat: qui peccatum inqnit non fecit: nec inuentus est dolus in ore eius: Quando igitur edentem & bibentem & nascentem illum theologi dicunt qui de hac re loquuntur cognosce quia corpus nascebatur. & habilibus cibis nutriebat: Ipse uero qui cum corpore erat deus uerbum omnia gubernas per ea quę in cor pore faciebat se non hominem sed deum uerbum ostendebat: hęc autem de ipso dicuntur: quandoquidem & corpus edens & bibens & patiens. & nascens non al terius cuiusdam erat se domini & ipsius hominis facti decebat: hęc tanq̃ de homi ne dici ut uerum & nõ imaginarium corpus habere uideretur sed quemadmodũ ex his cognoscebatur corporaliter adesse: ita ex operibus quę per corpus facie bat se ipsum dei filium ostendebat: unde & ad incredulos iudeos clamabat dicẽs Si non facio opera patris mei ne credite mihi: Si autem facio & mihi non creditis operibus meis credite ut intelligatis cognoscatis quia in me pater & ego in patre Vt enim cum inuisibilis sit & creationibus operibus cognoscitur: ita homo fac tus & in corpore locatus ex operibus cognosci potest. quia nõ homo sed dei uir tus & filius est qui talia operatur: nam demonibus imperare ipsum & eicere il los non humanum est sed diuinum opus an qui eum uidebat curare morbos q bus humanum genus subiacet. hominem deinde & non deum esse putabatur. Le prosos enim mundabat claudos ambulare faciebat. & omnes sumatim morbos ac debilitates ab hominibus propulsabat: Quibus ex rebus cuius uis hominis fu isset diuinitatem eius intueri: Quis enim qui eum uidisset hominibus id reddere in quo eis natura defuisset: & illius qui a natiuitate cęcus fuisset oculos aperire non intelexisset hominum ei subiectam esse naturam & huius opificem eum esse atq; factorem: Nam quia homini reddit. qd' a natura non habuit: hunc manife stum est naturę dominum esse: ob hoc etiam ad nos ab initio descendens. ex uir gine corpus sibi ipse formauit. ut breue diuinitatis sue documentum omnibus preberet quia qui hoc formauit ipse uniuersorum etiam factor est. Quis enim cũ uideat sine uiro corpus: ex sola uirgine progredi non cogitat quod in eo manife stum est. aliorum etiam corporum factorem ipsum ac dominum esse: Quis cum uideat aquarum substantiam permutari in uinum q; conuerti non eum conside rat: qui hoc fecit aquarum omnium substantię dominum & creatorem esse ob hoc enim tanq̃ dominus mare ascendebat: & quasi super terra gradiebat ut hoc intuentibus suę in res omnes dominationis noticiam prębeeret qui uero ex pau cis rebus multitudinem tantam pascebat ex inopia copiosus ipse ut ex quinq; pa nibus quinq; milia saturarentur: & aliud tantundem relinqueretur: nihil aliud significabat q̃ ipsum uniuersorum prouidentię dominum esse hęc autem omnia facere saluatori conuenire uidebatur ut quoniam ipsius in res omnes prouiden tiam homines ignorabant nec diuinitatem eius per creationem cognoscebant: saltem per corporis ipsius opera respicerent: & per ipsũ cognitionem patris co gitatione conciperent ipsius in uniuersa prouidentiam ex particularibus ut an te dixi raciocinantes. Quis enim cum uideat ipsius in demonas potestatem: uel quis cum uideat fateri dęmonas hunc suum esse: mentem posthac habebit ambi guam hic ne sit dei filius & sapientia & uirtus? Neq; enim creaturam ipsá tacere fecit. Sed qd' mirandũ est in morte etiá imo uero in ipso de morte' tropheo dico aut in cruce omnis creatura fatetur eũ qui cogoscebatur & patiebatur ĩ corpore

patrem eius citius ac proprius cognoscere poterant. concernentes quę ab ipso fierent non humana: sed dei opera esse: Et si ut ipsi uolunt absurdum esset uerbū per corporis opera innotescere: absurdum itidem esset hunc ex uniuersi operib' agnosci: Ut enim cum in creatione sit nihil ipse creationis contrahit sed omnia ponus uirtutis eius aliquid contrahunt: Ita cum et corpore uteretur instrumento: nihil eorum contraxit: quę corporis sunt sed potius ipse corpus sanctificauit: Iam uero si et plato quē gentiles admirantur: mundum inquit conditor eius turbulētum uidens & piclitatem ne i locum dissimilitudinis precipitet cum ad animę gubernacula sederit opitulatur: & errores omnes corrigit. Quid apud nos incredibile dicitur suum erraret homo: uerbum sedit ad eum & apparuit ipse homo: ut turbulentum illum gubernatione & bonitate sua protegeret: Sed his forsitam p̄ pudore consentient at tamen dicere uolent. Deū si quidem docere homines & saluare uolebat id solo nutu fecisse oportuit: nec ipsius uerbū corpus attigisse: quē admodum & ab inicio fecit cum ex nihilo cuncta creauit: ad hanc eorum obiectionem hęc non incongrue dicerentur ab initio quidem cum nihil usq; esset: nutu opus fuit et uoluntate sola ad uniuersi opificium cum autem homo esset: & necessitas urgeret non ea curare quę nusq̄ erant: sed quę iam facta fuerant consequens fuit ut in rebus iam factis medicus & saluator accederet: ut ea curaret quę substantiam habebāt: Factus est igitur homo & humano instrumento usus est corpore Nam quo alio modo uerbum ueniret cum instrumento uti uellet aut unde hoc ipsum assumere oportuit nisi ex his quę iam facta erant et per rem sibi similem diuinitatis eius indigebant: Neq; enim quę nusq̄ erant salutem desiderabant ipso etiam usu tantum modo contenta erant. sed homo qui iam factus erat corrumpebatur atq; p̄ibat: Qua ex re humano recte usus est instrumēto et uerbū in omnia se ipsum extendit: hoc preterea sciendum q̄d facta corruptio non extra corpus erat: sed corpori inherebat et necesse fuit pro corruptione uitam accipere ut quemadmodum in corpore mors erat. ita in eodem uita consisteret: Nam si extrisecus mors fuisset extrinsecus et uitam fieri oportuisset: Si uero corpori mors copulata erat & ipsum quasi cum eo unita premebat. Necesse fuit & uitam corpori coiungere ut uestitum uita corpus mortem abiiceret. Ad hęc etiam uerbum si extra corpus et non in eo fuisset: uicta quidem ab ipso mors naturaliter fuisset ut quę uires contra uitam non habeat sed nihilominus corpori in herens corruptio mansisset: quamobrem non in congrue corpus saluator induit: ne posthac imorte corpus cui uita coniuncta sit tanq̄ mortali remaneat: sed immortalitate uestitū ubi resurexerit imortale persistat: Nam corruptionem semel indutum non resurrexisset nisi uitam induisset: et item mors non nisi in corpore suatim uideretur p̄pterea corpus induit ut inuentam icorpore mortem aboleret: Quomodo enim uita esse dominus omnino apparuisset nisi q̄d mortale erat uiuificasset? Et quemadmodum stipula quę naturaliter igne comburitur si quis ab ignem prohibeat. non ardet illa quidem sed stipula manet omnino. stipula denuo minarum ignis trepida: Est enim ignis naturaliter eius pernicies: Si quis autem stipulam multo ī uoluerit amianto quod igni resisteret dicitur iam non timet ignem stipula cum tutamen habeat ex tegmine quod uri non potest: eodem modo quispiam de corpore dixerit et morte: Si uissu tantummodo mors ab eo prohibita fuisset nihilominus mortale rursus et corruptibile fuisset pro ratione corporis. Sed ne hoc fieret incorporeum dei uerbum induit: itaq; non iam mortem timet nec corruptionem cum pro ueste uitam habeat? & cum in ipso corruptio periret nunq̄ non cōgrue dei uerbum corpus assumpsit & humano instrumento usus est: ut corp' uiuificaret: & quēadmodū i creatiōe per opera cognoscitur ita et i homīe operat̄ r: & se ipsum ubiq; monstraret nihil diuinitate & cognitione sui uacuū relinquēs:

hoc enim ſaluator fecit ut quemad modum preſens omnia undiq; complet: ita
etiam cognitione ſui omnia complēt ſic diuina & ſcriptura dicit Plena eſt omnis
terra cognitione dñi ſiue qs in celum ſuſpicere uult uidet huius ornatum. Siue
incelum ſuſpicere non poteſt ad homines autem ſolum reſpicit uidet ipſius incō
parabilem ad homines uirtutem & hunc inter homines ſolum deum uerbum eſ
ſe cognoſcit: Siue quis ad dęmonas conuerſus in eos obſtupuerit: hunc illos abi
gere uidet. & ipſum iudicat eorum dominum eſſe. Siue aquarum abſorptus eſt
natura. & has deum eſſe putat. hanc ab eo permutatam uidet. & harum creatore
dominum eſſe cognoſcit. Siue quis ad inferos quoq; deſcenderit & inheroas q
illuc deſcenderunt quaſi deos opſtupuerit: huius reſurrectionem factam uidet &
partam de morte uictoriam & inter eos etiam ſolum chriſtum uerum dominum
ac deum eſſe conſiderat: Omnes & enim creationis partes dominus attigit & om
ni omnia fraude liberauit: & abſoluit quemadmodum paulus ait cum ſpoliaſſet
imperia & poteſtates triumphauit incruce nequis deinde decipi poſſet. Sed ubiq;
uerum dei uerbum inueniat: Sic enim poſtea concluſus undiq; homo & ubi hoc
eſt incelo in inferno in homine. cum ſuper terram deitatem uerbi extenſam inſpi
ciat non iam de deo fallitur: ſed hunc ſolum ueneratur & patrem per ipſum pro
be cognoſcit: His igitur gentiles etiam per ea quę probabilia ſunt non incongru
e reffellutur a nobis. Quod ſi uerba ad confuſionem eorum ipſa per ſe minus
ſufficere arbitrantur: At ex his quę in oculis ſunt omnium fidem dictis adhibeat
quando enim idolorum cultum homines relinquere coeperunt. niſi ex quo uerū
dei uerbum inter homines fuit? Quando apud gentiles & ubiq; oracula ceſſarūt
& euacuata ſunt. niſi cum ad terram uſq; ſaluator ſe ipſum manifeſtauit? Quan
do deprehendi ceperunt qui apud poetas dii dicuntur & heroes tantummodo ho
mines eſſe mortales? niſi ex quo diminus tropheum de morte peperit & quod aſ
ſumpſerat corpus incorruptibile ſeruauit: cum ipſum a mortuis ſuſcitauit: Quan
do demonum fraus & inſania contempta fuit: niſi cum dei uirtus uerbum omni
um & dęmonum ipſorum dominus propter hominum infermitatem deſcendēs
in terram apparuit? Quando autem magica ars atq; doctrinari peſſundari cępta
eſt niſi cum diuina uerbi apparitio inter homines fuit? Quando deniq; gentiliū
ſapientia ſtulticia facta eſt. niſi cum uera dei ſapientia ſe ipſam in terra monſtra
uit: Nam ſuperiori tempore in idolorum cultu totius orbi et locus omnis erra
bata. & nihil aliud homines quam idola deos eſſe putabāt: Nunc autem per uni
uerſum orbem idolorum ſuperſtitione relicta ad deum chriſtum confugiunt &
hunc deum uenerantes per ipſum etiam quem non uiderunt patrem agnoſcunt
& hoc utiq; mirum. Cum uarii in numeriq; ritus eſſent & ſuum quiſq; locus ſi
mulacrum haberet: quiq; apud hos dicebatur deus ad infinitum locum tranſire
non poſſet. ut ipſum a uicinis coli perſuadetur Sed inter ſuos tantummodo cole
batur (Nemo enim propinquę rgionis deum coluiſſet: ſed ſuum quiſq; ſimula
crum obſeruabat quod omnium ipſum dominum eſſe rebatur ) Solus chriſtus
apud omnes unus & ubiq; idem ueneratur. Et quid idolorum imbecilitas facere
non potuit: ut uicinis ſaltem perſuaderet: hoc chriſtus fecit: qui non uicinus ſo
lum: ſed uniuerſo ſimul orbi perſuaderet ut ſe unum & eundem colerent. & per
ſe ipſius patrem deū: Et antea quidem omnia ubiq; erant plena oraculorum fra
ude: & reſponſa delphis in dodona boetia. lycia libya ęgypto caberis & phytua
ſacerdos hominum illuſione admirabantur: Nunc autem ex quo chriſtus
predicatur ubiq; borum ceſſauit inſania nec eſt preterea qui inter eos uati
cinetur: & dęmones antea cum funtes uel fluuios uel ligna uel lapides oc
cuparent homines illuſionibus fatigabant. & amentes hoc pacto ueneficiis
opſtupefaciebant: nunc autem cum diuina facta ſit apparitio uerbi

istorum cessauit illusio homo enim signo crucis utens.& uno fraudes eorum pro
pulsat: Et antea qui apud poetas dii dicebant cũ hoĩes essent deos putabãt iouem
saturnum apollinem & heroas.& hos ipsi colentes se erabant: Nuper uero cum sal
uator inter homines cognitus est esse deus ueri dei deus filius: De magica uero
quid quis dixerit arte: quam illi admirabantur? Siquidem illa priusq̃ ueniret uer
bum poterat ac pollebat apud ægyptos caldæos & indos & uidentes obstupe.a
ciebat: sed hęc etiam ueritatis presentia & uerbi apparitione confutata est ac pe
nitus ex hausta: Iam uero d gentilium sapientia & philosophorum magni loquio
neminem arbitror oratione nostra indigere: Cum in omnium oculis admirario
sit.q̧ cum apud eos tanta scripserint sapientes de immortalitate et honesta uita
nec paucos quidem ex finitimis locis mouere potuerint: christus unus per humi
lia uerba per homines minime eloquentes: compluribus in toto orbe cõciliis ho
minum persuasit mortem contemnere immortalia sape temporanea negligere o
eterna prospicere terre stem gloriam nihilipendere solam cęlestem comparare :
hæc autem quę a nobis dicuntur non uerbo tenus sunt: sed re ipsa testimonium
ueritatis habent: Accedat enim quicunq; uult.& uirtutis noticiam in christi uirgi
nibus contempletur in iunioribus pueris continentiam in tanto martyrum coe
tu imortalitatis fidem: Veniat qui p̃dictorum uult piculum facere: & in ip̃a dęmo
num illusione & oraculoꝝ fraude et artis magicę portentis et crucis quę ap̃ ip̃os
ridetur signo utatur christum tantum modo nominans et uidebit quomodo per
eam dęmones fugiant: Oracula cessent: magica omnis & ueneficium ex haustũ
sit: Qualis est igitur quantus christus iste? qui suo ipsius nomine: & p̃ñtia omnia
undiq; obumbrat atq; dissoluit: & unus contra omnes uiribus sufficit: & totũ or
bem sua ipsius doctrina complet? Dicant gentiles qui nimium rident nec erube
scunt: Nam si homo est: & quomodo unus homo omnium qui apud eos sunt: do
rum uim superauit? & eos sua ipsius uirtute nihil esse probauit. Si uero magum ip
sum dicunt qui fieri potest ut a mago magica omnis soluatur et potius consti
tuatur? Nam si homines magos uicisset uel aduersus unum tantummodo ualuis
set recte apud eos aliorum artem sua meliori uicisse putaretur: Si uero de omni
simul magica crux eius ip̃o nomine uictoriam tulit: deum est non magum salua
torem fuisse: quem & ab aliis inuocari magis dæmones tanq̃ dominũ fugiunt:
Q uis igitur est? dicant gentiles qui solum in ridendo studium ponunt: Fortasse
demonẽ etiam ip̃um fuisse dicent: & ideo tantum ualuisse : hoc autem si dicerent
ultro ip̃i ridendi nimium forent: qui prioribus confundi dęmonstrationibus pos
sent: Qui enim fieri potest ut demon sit qui dęmonas fugat? Nã si dęmonas sim
pliciter fugaret recte putaretur dęmoniorum principe aduersum inferiores uale
re : quemadmodum iudæi per contumeliam dicebant: Si uero omnis dęmonium
insania huius nomine pellitur atq; fugatur manifestum est in hoc et errare illos
nec esse diaboli cam uim quandã ut ip̃i putant dominum nostrum et saluatorem
christum? quas obres si neq; homo simpliciter: neq; magos nec demon quispiam
saluator est: sed & commenta poetaꝝ & illusionem dęmonum & sapientiam gen
tilium sua ipsius diuinitate dissoluit: & umbrat: planum fuerit & inter omnes cõ
ueniet hunc de filium esse. qui uerbum & sapientia & uirtus patris est. iccirco ñ
humana sunt ipsius opera: sed supra hominem & hęc uere dei esse cognoscunt :
cum ex his quę uidẽtur: tum ex ea quę ad homines est comperatione: is enim
hominum qui unq̃ fuere corpus sibi ip̃i ex sola uirgine constituit: uel quis unq̃
hominum tales morbos curauit quales cõminus oĩum dominus? quis autem id
reddidit quod naturę deerat & a natiuitate ceecum respicere fecit ? Esculapius
apud eos deificatus ẽ: q̧ medicinam exercuit & herbas ęgrotantium corpo
ribus salubres agnouit : quas non eterra ipse produxit :

Sed eas naturali quadam ui rationis inuenit: Sed quid simile saluatoris facto q non uulnus sanauit: sed generationem prodixit & corpus restituit: Hercules apud gentiles tanq̄ deus ueneratur. q aduersum homines homo ipse pugnauerit: & ingenio feras occiderit: Quid his simile quę a uerbo facta sunt: morbos dęmonas mortem ipsam hominum fugauit: Baculus apud eos colitur q hominibus ębrietatis magister fuerit: At saluator uere dominus uniuersi qui magister continentię fuit irridetur ab illis: Si ita sane: Quid alia diuinitatis eius miracula? Quo moriente homine sol obscuratus est & terra comota: Ecce ad huc etiam moriuntur homines & antea quam mortui sunt Quando super ipsis tale quiddam miraculū fuit? Et ut gesta corporis eius omittam: & ea commemorem quę post corporis resurrectionem fecit: Cuius unq̄ hominum qui unq̄ fuere doctrina a finibus usq; ad fines terre: una & eadem per uniuersos obtinuit? ut cultus eius per omnē terram uolitauerit. uel si homo christus est. ut ipsi uolunt non deus uerbū? Quid non addis eorum cultus eius in eandem ubi ipsi sunt regionem transire prohibetur: Sed ipse potius dei filius peregre ueniens doctrina sua cultus illorum tollit. & eorum illusionem confundit: Multi ante hunc reges fuerunt. & domini terrarū multi apud caldaeos memorie produntur: quiq; apud egiptios & uides fuere sapientes & magi. Quis unq̄ eorum non dico post mortem: sed & dum uiueret tantum obtinere potuit: ut terram omnem sua ipse doctrina compleret: & ab idolorū superstitione multitudinem tantam auerteret quantam saluator noster ab idolis ad se ipsum transtulit Philosophi gentilium multa uerborum lenocinio & arte scripserunt: Quid igitur tantum ipsi quantum christi crux docuit. Nam eorū argutię quo ad mortem obirent persuasionem retinebant: Quin etiam uiui quod obtinere uidebantur: non sine uaria contentione ipsi inter se disputando uicebāt Ad dei filius id quod obstupecendum est. nudis uerbis docens confudit eos qui argutissimi erant: & cum ad se ipsum omnes traberet: illorum quidem doctrinas euacuauit suas uero ipsius eclesias impleuit: & hoc utiq; mirum cum ad mortem tanquam homo descenderet sapientum de idolis magniloquia dissoluit: Cuius enim unquam mors dęmonas fugauit: uel cuius unquam sicut christi mortem dęmones timuerunt? Vbi enim crucis inuocatur nomen inde omnis abigit̄ dęmō Quis adeo ęgritudines animi sustulit hominibus ut lenones resipiscerent: homicide arma deponerent. Tumdi fortes euaderent & sumatim barbaris atq; gentilibus quis persuasit furorem omittere paiem sapere nisi fides christi signumq; crucis: Quis alius tantam prestitit hominibus de immortalitate fidem: quantā christi crux: & corporis eius resurectio: & si enim omnia gentiles commenti tamen idolorum suorum resurrectionem fingere non potuerunt: nec omnino quidem cogitarunt fieri fieri posse ut potest. mortem corpus instauretur: In quo eos maxime quispiam ostēderit cum talia sentirent sue ipsos idolatrię imbecilitate redarguisse: potestatem uero christo reliquisse: ut ex his etiam dei filius apud omnes cognosceretur: Quis igitur hominum post mortem: uel etiam dum uiueret: de uirginitate precepit & fieri posse putauit: ut hęc inter hoīes uirtus cōsisteret Sed saluator noster de hac tantum precipiendo ualuit ut etiā puelle que nundū ad legitimam ętatem peruenerant? uirginitatem quę supra legem est profiterent Quis unquam hominum percurere tantum potuit: ut ad scythas ęthiopes psas armenios gotthos & qui trans oceanum dicuntur quiq; super hyrcaniam sunt: & omnino ad ęgyptios & caldęos penetraret magice artis peritos: & supra quā natura patitur superstitiosos homines ac moribus efferatos ut ad eos de uirtute de modestia de idolorum impietate prędicaret sic omnium dominus dei uirtus dominus noster iesus christus? qui per discipulos suos non solum prędicauit eis sed etiā ex sententia persuasit ut morū feritatem deponerent: nec postea dīis pīis

immolarent: sed ipsum cognoscerent: & per ipsum subinde patrem colerent. Nã superiori tempore cum seruirent idolis gentiles & barbari bella inter se gerebant & in consanguineos cruenti erant. Et per inexorabilem inter eos pugnam nõ maria non terras transire licebat: nisi qui gladiis manus armauerant. Et enim omnis uitæ traductio illis per arma fuit: & ensis erat eis pro baculo: & totius opis sustentatulum: Et profecto idolis ut dixi seruiebant. & dęmonibus uictimas immolabant. Et tamen qui hęc sentiebant nihil ex idolorum superstitione proficere potuerunt: Cum uero se ad christi doctrinam contulissent. statim ex improuiso tanq̃ tacti ueritate aĩum. cędium crudelitatem exuerunt: nec deinde bellica tractarunt: Sed omnia illis quę ad pacem: quęq; ad amiciciam spectabant cordi fuere: Quis igitur hec fecit? uel quis pace coniunxit qui se odio persequebantur? nisi dilectus patris filius? cõis oĩum saluator iesus christus qui omnia caritate sua pro salute nostra sustinuit: Nam et antiquitus oracula de pace fuerant que ab eo ministrabatur scriptura dicente: Conflabunt gladios suos in uomeres & enses suos in falces: & non relinquet gens in gentem gladium & non discent post hac bellare: nec hoc quidem incredibile: quando nunc etiam barbari: quibus insita ẽ feritas morum: ubi ad huc idolis quę apud eos sunt: sacrificant tunc quidem insaniunt inter se nec tempus ullum sine gladio patiuntur: ubi uero christi doctrinam audiũt continuo pro bellis agriculturam exercẽt: & manus quas gladiis armauerant ad preces tollunt: & qui bella inter se gesserant iidem contra diabolum ac dęmones instruũtur et eos ↄtinẽtia atq; aĩ uirtute debellant. hoc autẽ ẽ diuinitatis saluatoris indicium Nam qđ in idolis homines discere non potuerũt: hoc ab eo didicerũt: quod non paruum est dęmonũ ac idolorum imbecillitatis & inanitatis argumentũ Demones enim imbecillitatis suæ conscii hac de causa homines inter se bellare cõpellebant. ne si a mutuo ipoꝝ certamĩe desisterent. pugnam aduersus dæmonas ↄuerterent: Quippe qui non ipsi inter se pugnant a christo discentes moribus & operibus uirtutis contra dęmonas parantur: Ethos quidem prosequũtur: Sed diabolum eorum ducem illudunt in iuuentute continentes in temptationibus strenui in laboribus fortes contumeliam patiuntur: ignominiã contemnunt. & qđ certe mirandum est. mortem quoq; despiciunt & christi martyres fiunt: & ut unũ dicam quod est omnino mirabile diuinitatis saluatoris iudiciũ quis unq̃ simpliciter homo uel magus uel tyrannus uel rex tantis ip̃e per se congredi & omnem idolatriam omnem diabolicam manum: omnem magicã artem: omnem gẽtilium sapientiam qui tantum ualebant. & tunc etiam uigebãt. omnes obstupefaciebant expugnare et uno momento omnibus resistere potuit? quemadmodum dñs noster: uerus dei filius qui unius cuiusq; errorem inuisibiliter redarguit: unus omnes undiq; homines captiuos abduxit ut qui simulacra uenerabantur: ea ipsi deinde calcarent: qui magicã admirabantur libros comburerent: Sapientes uero euãgeliorum interp̃tationem omnibus rebus anteponerent. Quos enim antea colebãt. hos nunc derelinquũt: quem crucifixum illudebãt. hunc christum adorant. deũ ip̃m confitentes & qui apud eos dii nuncupabãtur eos nunc signo crucis p̃sequuntur: At uero saluator crucifixus in toto orbe deus prędicatur & dei filius: et qui apud gẽtiles colebãtur dii tãq̃ turpes damnãtur ab eis: qui uero christi doctrinã accipiunt modestiorem q̃ illi uitã obseruãt: hæc igitur & eiusmodi si quidẽ humana sunt talia fuisse priorũ facta demonstret ac suadeat: Si uero non hoĩum hec sed dei opera uidentur & sunt. quid tãtum impie agunt increduli qui talia fecit dominum ignorent. Similiter enim affecti sunt ut si quis ex operibus creaturę non agnoscat huius opificem deum Si enim ex potestate quam in res omnes habet ipsius diuinitatem agnoscerent cognouissent etiã christi per corpus opera nõ humana esse sed saluatoris oĩum dei uerbi: hoc aũt cognoscentes quemadmodum

paulus inquit non crucifixissent dominum glorię: Vt igitur deum qui naturali
ter inuisibilis est. nec omnino uidetur si quis uidere uult ex operibus ipsum cognō
scit atq; comprehendit: ita qui christum mente non uidet ex operibus saltē cor
poris hunc agnoscat & probet an humana sint uel dei: Et si humana fuerint illu
dat Sin autem non humana: sed dei cognoscat nec rideat quę ridicula non sunt
sed potius admiretur per rem adeo humilem diuina nobis apparuisse per mortē
immortalitatem in omnes prȩuenisse: per incarnationem uerbi rerum omnium
prouidentiam & huius largitorem opificemq; ipsum dei uerbum cognitum fuis
se ipse enim homo factus: ut nos dii efficiamur Ipse se ipsum per corpus ostendit
ut nos inuisibilis patris cognitionem caperemus ipse omnium hominum contu
meliam sustinuit: ut nos immortalitatem sortiremur Nihil enim ipse detrimenti
cepit cum pati & corrumpi non possit & ipse per se uerbum sit & deus: homines
autem qui patiuntur per quibus ista sustinuit in sua ipsius diuinitate seruauit: ac
saluos fecit. Et in uniuersum saluatoris opera. quę per assumptionem humanita
tis fecit talia tantaq; sunt: quę si quis narrare uelet similis esset his qui maris pela
gus aspicerent. & fluctus eius numerare uellet: Vt enim fluctus omnes oculis cō
prēhendi non possunt: cum superuenientes alii super alios temptatis sensum op
primant: ita qui omnia in corpore christi opera uirtutis comprehendere uolue
rit as nec cogitatione quidem uniuersa capere poterit cum plaira sint: quę cogita
tionem eius pretereant: tametsi ea ipse comprehendisse existimet: Melius igitur
esset non omnia cum qui dicit aspicere: quorum nemo est uel qui partem conse
qui possit. sed unius tantummodo memoriam facere: & uniuersa tibi admirāda
relinquere. Omnia namq; admirationem ęqualiter habent: & quocunq; aliquis
aspeserit inde uerbi diuinitate obstupescit: Quas ob res ut principium eorum q̄
iam dicta sunt exponamus ad ea quę diximus hoc quoq; discere dignum est: &
admirari minimum: q̄ ubi saluator aduenit non augescit posthac idolatria: im
mo quę est minuitur & paulatim cessat. non posthac gentilium sapientia crescit
sed quę est continuo euanescit: non posthac dęmones illusionibus oraculis & ma
gicis decipiunt: sed si tantum audeant & conentur: signo crucis confunduntur:
& ut summatim dicam: aspice ut christi doctrina ubiq; augeatur: Omnis idolatria
& quicq christiane fidei resistit quottidie minuatur debilitetur labatur: Si autē
aspiciens cole saluatorem omnium & potentem deum uerbum: & contemne que
ab eo franguntur: atq; delentur: Vt enim cum sol adest non iam tenebre ualent:
sed sicubi reliquum est propellitur in sic aduentante diuina dei apparitione non
iam ualet idolorum obscuritas: Sed omnis ubiq; terrarum locus & regio ipsius
doctrina illustratur: Et quemadmodum sicubi regnet: aliquis nec se ostendat. s;
intus domi sedeat improbi sępe non nulli solitudine eius abutentes se ipsos r̄ges
pronunciant: & insignibus quisq; regis simplices illudunt & ita homines erant
nomine qui regem appellari audiant: ipsum uero non uideant: cū presertim nec
domum ipsi quidem ingredi possint: Sed ubi rex uerus processerit & apparuerit
tunc improbi illi qui deceperant. ipsius presentia conuincuntur: homines autem
cum illum uideant uere regem eos deserunt: a quibus decepti fuerāt ita & dęmo
nes antea quidem homines decipiebant cum sibi ipsis dei honorem asciscerent:
Vbi uero deus uerbum incorpore apparuit: & nobis patrem suū indicauit: nunc
iam dęmonum fraus euanescit & cessat: homines qui uerum patris uerbum deū
aspiciunt idola deserunt. & uerum deum protinus agnoscunt: Hoc autem signū
est. christum deū uerbum ac dei uirtutem esse: quod deficientibus rbus humanis
& christi permanente uerbo planum est omnibus deficere quidem temporanea
permanere autem deum ac dei filium uerum unigenitum uerbum. hęc quidem
ubi a nobis tanq̄ signa quedam & note fidei christianę paucis libata sint o christi

amator homo tum uero capta hic occasione: si forte indicta scripturarum incide
ris: & ad hęc ingenue animum incenderis: ex ĩde quę a nobis dicuntur agnosces:
perfectius illa quidem planius q̃ tractata: illa enim per theologos uiros diuinit'
ædita: & scripta fuerunt. Nos autem quę accepimus a theologis pręceptoribus q
in ea inciderant. quiq; diuinitatis christi testes fuerant: hæc tibi doctrinę studio
so impertimur: Cognosces autem ipsius & alteram ad nos apparitionem glorio
sam ac uere diuinam: quando non etiam cum abiectione ueniet sed in gloria sua
ñ ẽt ɔ hũilitate: sʒ i maiestate sua ñ ẽt ut patiaẽ: sed crucis suę fructũ oib' dõet:
dico ãt resurrectionẽ et ĩmortalitatẽ no etiã ut iudicetur: sed iudicet oẽs per suis
cuiusq; operibus quę in corpore fecit: siue bona siue mala: ubi repositum est bo
nis quidem regnum cęlorum: malis autem ignis æternus: & tenebra exterior. Sic
enim et ipse dominus ait dicens a modo uidebitis filium hominis sedentem adex
tris uirtutis: & uenienrem in nubibus cœli in gloria patris: Propterea etiam
salutare uerbum nos ad illam diem pręparat & dic estote pati & uigilate: quia q̃
hora non putatis ueniet: Nam ut uult beatus paulus omnes nos apparere opor
tet ante tribunal christi: ut pro suis quisq; ferat operibus: quę incorpore fecit:
siue bonum siue malum: Sed ad inquisitionem cognitionemq; ueram scripturaꝝ
opus est. proba uita animaq; pura & christiana uirtute ut mens per eam incedẽs
cõsequi quod cupit & cõphendere ualeat. quãtũ humãę nãe datur de deo uer
bo percipere: Nam sine pura mente: sine uitæ sanctorum imitatione: nemo dicta
sanctorum capere posset: Vt enim si quis lumen solis uidere uellet oculum omni
no purgat. & abstergit se ipsum pinde atq; illud est quod uidere concupiscit pro
pe modum purificans: ut oculus eo modo lumen ipse factus lumen solis aspiciat
uel quemadmodum si quis urbem uidere uellet siue regionem omnino ad locuꝫ
spectandi gratia peruenit: ita qui theologorum mentem percipere uoluerit: ratio
ne uiuendi animam prius abluere atq; mundare & operum similitudine ad sanc
tos ipos peruenire debet: ut cum ipsis degendo uersetur: & ea intelligat quę illis
adeo reuellata fuerunt: Et cum ipsis posthac ueluti cõnexus peccatorum discri
men: & eorum indie iudicii damnationem effugiat his autem fruatur quę sanctis
reposita sunt in regno cęlorum: quę nec oculus uidit: nec auris audiuit: nec in
cor hominis ascendit: quanta his preparata sunt. qui cum uirtute uiuunt & deũ
patremq; diligunt in christo iesu domino nostro per quem & cum quo ipi patri
cum filio in sancto spiritu honor potestas & gloria in sęcula seculorum amen.

N sanientes ariani postq̃ semel ut uidetur decreuerunt pręuarica
tores esse ac rtansgressores ueritatis contendunt inse trahere quod
scriptum est cum uenerit impius in profundum malorum contem
nit: Nam neq; conuicti quiescunt: neq; confusi erubescunt: sed ad
omnes tanq̃ frons meretricis in impietate facti sunt impudentes:
Nam cum hæc dicta quorum occasione utebantur: dominus crea
uit me & melior factus angelis: & primogenitus. & q fidelis est ei q
fecit ipsum rectũ sensum habeant: & pietatẽ in christũ ostendant: nescio quomo
do isti rursus tanq̃ serpentis ueneno circũfusi: nec uidentes quę uidenda sũt: nec
intelligentes: quę legunt quasi ex profundo impietatis maliriam eructantes coe
perit continuo cauillari quod a domino dicitur: ego in patre & pater in me dicẽ
tes quomodo potest hic in illo: & ille in hoc esse: uel quomodo omnio potest pa
ter qui maior est in filio minore contineri: Verum tamen quid mirum si filius in
patre est: quando quidẽ & de nobis scriptũ est. in ipso enĩ uiuimus & mouemur

& sumus: sed hoc merito patiuntur malesani qui deũ corpus esse arbitrantur:
non intelligentes quis uerus pater sit: quis uerus filius: quis splendor inuisibilis
quę hypostasis incorporea: quis ue character: & imago eius: Nam si ea cognosce
rent domino glorię nõ usq; adeo cum risu detraherent: nec incorporea corporali
ter accipientes benedicta male interpretarentur: Satis enim erat dominum ista di
centem audire & credere: Nam si fides simplicitatis melior est calida persuasio
ne orationis. Sed quoniam hoc quoq; pro sua heresi uitiare conantur necesse ẽ
peruersam illorum opinionẽ redarguere: & ueritatis sententiam aperire ut fideles
confirmentur: Non enim dum dicitur ego in patre & pater in me alterius onerã
tur tanq̃ manibus uasis: quę mutuo repleantur ut filius patris pater filii compl
eat inanitatem: & neuter eorum plenus sit atq; perfectus. hoc quidem suum est
corporum: Propterea id uel tantummodo dicere plenum est impietatis: plenus
enim & perfectus est pater & plenitudo diuinitatis est filius nec rursus ut in factis
deus fortificans est: Ita & in filio: ipse enim est patris fortitudo & sapientia: & ea
quę facta sunt participatione eius in spiritu sanctificantur: ipse uero filius nõ par
ticipatione filius est. sed propria generatio patris. Nec item sic est in patre filius
ut in ipso nos uiuimus & mouemur & sumus. Ipse enim tanq̃ ex fonte patris ui
ta est in quo omnia uiuere & consistere facit: non enim uita uiuit in uitę qoniam
uita nõ esset: Sed ipse potius uiuificat omnia. Nouimus & asterium sophistam hę
resis patronum: In hoc enim & ipse iudęos imitatus talia scripsit: Clarum enim
est inquit q; propterea se in patre dixit & rursus in se patrem: quia nec sermonẽ
quem percurrebat suum esse dixit sed patris nec opera item propria: sed patris
qui potestatem dederat: hoc si puer simpliciter dixisset propter etatem ignoscen
dum esset sed quia is scripsit qui sophista uocatur: quiq; omnia serie profitetur
quanta esset hic damnatione dignus: Quomodo non etiam abhorrere demõ
strat ab apostolo: q; se in persuasibilibus sapientię sermonibus extollit: & in his de
cipere posse putatur: qui nec quid dicatur ipse nec de quo asserat intelligit: Quę
enim filius propria & soli filio qui uerbum est & sapientia: & imagini substantię
patris conuenientia dixit ea ipse in omnes creaturas confert: quibus hęc cum fi
lio communia facit Et ait iniquus uirtutem patris uirtutem assumere: ut impie
tati suę consequens sic dicere & filium in filio factum esse filium & uerbum uer
bi potestatem sumpsisse: nec uult ipsum hęc dixisse ut filium sed eum quasi qui
hęc & ipse didicerit omnibus pariter creaturis annumerat: Nam si ideo quia filii
uerba non erant quę percurrebat sed patris erant: & opera dicebat: ego in patre
& pater in me. dauid etiam dixit audiam quid in me loquerit dominus: At salo
mon uerba mea dicta sunt adeo: Et moyses quę adeo erant uerba ministrabat: et
unusquisq; prophetarum aiebat: hęc dicit dominus: quę non sua uidelicet erant
sed dei. Et opera quę sancti faciebant: non sua esse dicebant: sed dei qui potestatẽ
dederat sicut elias & elisseus implorantes deum: ut mortuos suos suscitaret quã
do & nec non dicebat eliseus dum ipsum a lepra mundaret ut cognoscas quia de
us est in israel: samuel & ipse in diebus messis dominum orabat: ut pluuiam da
ret: & apostoli non propria uirtute signa: sed gratia domini facere dicebant erit
uidelicet iuxta illum. uox hęc omnium communis ut unus quisq; dicat. Ego in
patre: & pater in me: nec propterea unus patris filius sit uerbum & sapientia. sed
& hic e multis unus existat. At qui dominum si talis erat: dicere oportuit non e
go: sed potius etiam ego in patre & pater in me est: ut nihil proprium & precipu
um hęc cum patre filius. sed gratiam eandem cum omnibus communem: Non
est autem ut illi putant: nam quia naturalem non sentiunt ex patre filium: con
tra naturalem mentiuntur Cui soli dicere cõgruit ego in patre & pater in me. Est
enim ut intelligere licet in patre filius: quia totum hoc quod filius est substantię

patris proprium ē: sicut ex luce splendor et ex fonte fluuius ut qui filium uidet ꝓ
prietatē uideat: & cum filii essentia ex patre sit hunc ī patre esse intelligat: Est ue
ro et pater in filio quia quod est ex patre proprium hoc filius est. ut sol in splen
dore mens in uerbo fons in fluuio: Sic enim qui filium uidet substantię patris ꝓ
prietatem uidet et patrem in filio esse intelligit: Nam cum propietatis paternę di
uinitas. filii substantia sit consequenter filius in patre est. & pater in filio: Nam ie
circo et congrue cum prius dixisset ego et pater unum sumus subiunxit ego in
patre et pater in me ut & diuinitatis identitatem: & substantię unitatem ostēderet
unum enim sunt. non tanq̄ unius denuo in duas partes diuisus sit nec aliud quic
q̄ sint q̄ unum: nec tanq̄ unus his nominetur: nec tanq̄ idem sit ipsius aliquando
pater fiat aliquando filius: hoc enim sabellius cum dixisset hæreticus appellatus
est: Sed duo sunt: Nam pater pater est nec idem filius: & filius filius est. nec idem
pater: una uero natura: Neq; enim generatio a generante dissimilis: ipsius enim
imago & omnia patris filii sunt. Propterea nec alius deus est filius: Non enim ex
teinsecus cogitatur: quoniam omnino et multi constituerentur si alia q̄ patris
diuinitas cogitaretur: Nam si alius est prout generatio filius: attamen idem pro
ut deus est: et unum sunt ipse & pater proprietate naturę: & unius ut dictum est
diuinitatis identitate: Nam & splendor lux est. nec aliud a sole nec lux aliud: nec
id participatione eius sed ꝙ propria ipsius est generatio: Talis autem generatio
lux est ab initio, nec quisq̄ diceret has duas luces esse duos quidem solem & splē
dorem: sed unam ex sole lucem quę in splendore luceat ubiq;: sic & filii diuinitas
patris est unde etiam indiuisibilis est: Itaq; unus deus est. nec alius ab ipso: Qua
re cum unum sit & una diuinitas: Eadem de filio quęcunq; etiam de patre dicun
tur: nisi qd' pater de ipo nō dicitur: dicitur de⁹ ut d⁹ erat uerbū oīpotens ut hæc
dicit qui erat et qui est et qui uenit omnipotens. dominus unus. ut unus domin⁹
iesus christus: lucem esse: ut ego sum lux. tollere peccata sicut cum dixit. ut au
tem sciatis qr potestatē habet filius hominis in terra dimittere peccata: & alia eius
modi quotquot inueneris. Omnia enim inquit ipse filius quęcunq; pater habet
me sunt. Qui uero audit: que patris sunt: ea de filio dici uidebit: Et ita patrem in
filio uidebit & filium in patre, qm̄ quę de filio dicuntur hęc de patre dicuntur qd
autem quę patris sunt patris de filio dicuntur: nisi ꝙ ex ipso generatio filius
Quid item quę filii sunt propria sunt? quia substantię ipsius propria est ge
neratio filius: Conuenienter quę patris sunt. sua ipsius esse dicit: hinc & apte &
consequenter cum dixisset: ego et pater unum sumus subiunxit ut cognoscatis:
quia ego in patre et pater in me: Sed et antea dixerat qui me uidet: uidet & patrē
& est in tribus his dictis sensus unus: Nam qui hoc modo cognouerit unum esse
filium et patrem: nouit idem in patre ipsum & in ipo patrem. Diuinitas enim filii
patris est. et hęc in filio est: & qui hoc intelligit credit quia qui filiū uidet. uidet &
patrem: Nam in filio patris diuinitas conspicitur: hoc et statuę regis exemplo ꝓ
pius intelligi potest: in statua namq; regis species est. et forma et in rege est. quę
in statua species? in statua enim regis similitudo impermutabilis est. ut qui statu
am uidet uideat in ea regem: et e conuerso qui regem uidet ipsum ī statua esse
cognoscat: & quia non permutatur similitudo: si quis post statuam regem uellet
uidere: statua diceret ego et rex unum sumus: ego enim in illo sum et ille in me
et ꝙ in me uides in illo aspicis: & quod in illo uidisti in me spectas: qui ergo sta
tuam adorat. in ipsa regem adorat nam illius forma speciesq; statua est: Quoniā
igitur et filius imago patris est. intelligere necesse est patris diuinitatē et proprie
tatem filii substantiam esse: et hoc est qui cum in forma dei esset: et pater in me ē;
Nec uero ex parte est diuinitatis forma: sed paternę diuinitatis plenitudo filii
substantia est: et uerbum deus filius est: iccirco cum et ęqualis deo esset non

rapinam arbitratus est esse ęqualem deo & rursus quia filii diuinitas & forma nullius est alius q̄ patris hoc illud est quod dixit ego in patre:sic erat in christo deus mundum sibi ipse concilians:Nam proprietas substantię patris filius est in quo creatura deo conciliata est.hoc modo quę filius operatur:patris opera sunt Nam paterne diuinitatis forma filius est qui opera facit:& ita qui filium uidet pa trem uidet:Nam in paterna diuinitate filius est atq; spectatur:& paterna forma q̄ in ipso est patrem ipsi demonstrat:Et ita pater est in filio.Et proprietas ac diui nitas quę ex patre est in filio filium in patre nec unq̄ ab eo diuisum ostendit:& qui audit ac uidet quę de patre dicuntur:ea de filio dici nec per gratiam uel par ticipationem substantie ipsius accedere:Sed quia ipsa filii substantia propria est essentię pater ne generatio probe ut modo dicebam dictum intelliget:ego in pa tre & pater in me:& illud ego & pater unum sumus:Est enim filius qualis pater: quia omnia patris habet:& ideo cum patre significatur:patrem enim nemo dice ret nisi filius esset:sed non qui factorem dicit deum continuo & facta significat:ē enim factor anteq̄ facta qui uero patrem dicit statim cum patre filii quoq; essenti am ostendit.propterea qui credit in filium credit in patrem: Credit enim in pa tris substantię proprietatem:Itaq; una fides in unum deum est: & qui adorat ueneraturq; filium.in filio adorat ac ueneratur patrem:una enim est diuinitas & propterea in filio unus est honor una ueneratio quę patri per ipsum impendit & quie sit adorat unum deum adorat.unus enim deus est.nec alius preter ipsum Cum igitur & solus pater dicitur deus:& q̄ unus est deus:& ego sum: & pater me non est alius deus & ego primus & ego nouissimus benedicitur: Vnus enim deus & solus & primus est: sed hec non in destructionem fili dicit:absit hoc. Est enim & ipse in uno & solo & primo:ut qui unius & solius & primi solum uerbū est & sapientia & splendor:Est enim primus & ipse primi & solius diuinitatis ple nitudo:qui totus & plenus est deus:dictum est igitur non propter ipsum sed ut alterum esse tollatur:Qualis est pater talis & filius eius:Et hęc quidem mens est prophete manifesta omnibus & certa:Sed quoniam impii hęc quoq; iactantes do mino detrahunt:nobis autem improperant.dicentes ecce unus & solus & prim⁹ dicitur deus:quomodo uos dicitis filium esse deum:Nam si deus esset non diceret pater ego solus:& ego unus deus iccirco necessarium est de his quoq; dictis quā tum fieri potest dicere:ut ex ipsis etiam omnes intelligant arianos uere impugnā tores dei esse: Igitur si filio est cum patre certamen tales admittāt uoces:& pater si filium uidet quale dauit adomum audiuit & abessalō.talia contra eum uerba dicit & proferat.nec forte filius cum se ipse deum dicat aliquos a patre seducat: si uero qui filium cognoscit patrem magis cognoscit:quem ipsi filius reuellat:& in uerbo patrem magis uidebit:ut dictum est Nam cum filius uenit non se ipsū glorificauit:sed patrem:qui se adeunt dixit: quid me bonum dicis nullus bonus nisi unus deus:qui interroganti quod ē maius in lege mandatum respondit audi israel dominus deus tuus dominus unus est. qui turbis dixit de cęlo descendi non ut faciam uoluntatem meam sed uoluntatem patris:qui me misit:qui discipu los docuit pater maior me est:& qui me honorat:honorat eum qui me misit: Si talis est in patrem suum filius quę contentio fuerit ut ex his dictis talem aliqs suspicionem capiat:Preterea si uerbum est patris filius quis est adeo demens pre ter impugnatores christi qui deum putet talia locutum fuisse.ut uerbum calum niaretur ac tolleret.Non hic est christianorum sensus absit:nec propter filiū hęc scripta sunt:sed ut dii falsi nominis destruerentur quos homines finxere & taliū dictorum sensus probabilem causam habet:Nam quia falsis diis ad hęrentes ho mines a uero deo deficiunt iccirco deus qui bonus est curam agens hominum cum eos reuocaret errantes ego inquit deus solus:& ego sum & preter me non ē

alius deus et quotquot eiusmodi sunt dicta: ut quę falsa sunt reiciat: & omnes ad
se conuertat: Ac ueluti siquis cum dies esset solq; appareret signumq; ex ligno te
mere fingeret: qui nec cogitationem quidem lucis haberet: & hanc imaginem lu
cis causam esse diceret: sol autem hoc uidens diceret. ego solus sum lux diei: & ñ
est lux alia diei pręter me non ad splendorem suum: sed ad errorem imaginis li
gneę & dissimilitudinē fatuę cogitationis aspiciens: hęc loqueretur: ita ē et illud
ego sum ego solus & non est alius deus pręter me ut a falsis diis homines abdu
cat: & discant posthac uerum deum: quippe qui cum hęc diceret. deus p uerbū
suum dicebat: nisi forte & hoc isti addiderint iudæi quia non per uerbum hęc lo
cutus sit: sed simpliciter dicta sint. quantumlibet insaniant diabolici: factum est
uerbū domini ad prophetā & hęc audiebantur: Q d' si ipsius erat uerbum: &
hęc per uerbum dicebantur: nec aliquid est: quod deus dicat: & faciat quod non
in uerbo dicat. & faciat. non propter ipsum ergo dicta sunt o impugnatores dei
sed propter aliena & quęq; ab eo profecta non sunt: Nam et sol iuxta similitudi
nem pręposita si uoces haberet non qui splendorem extra se reputaret sed ī splē
dore lucem ostenderet: imaginis redargueret errorem ac talia diceret: Non er
go in destructionem filii nec propter ipsum talia dicta sunt. sed in reprobationem
mendacii: Itaq; non dixit ab initio deus tales ad adam uoces tametsi erat cum eo
uerbum per quod omnia facta sunt: neq; enim op⁹ erat cum mundum idola es
sent: sed ubi homines ueritati rebelles fuerunt & quos uolebant deos sibi ipsi no
minarunt: tum uero ad falsorum deorum destructionem talibus dictis opus fuit:
dicerem et ego superadicenes. hęc etiam aduersus amentiam impugnatorum
dei pręndicta fuisse ut cognoscerent si quem extra patris substantiam deum cogi
tarent: hunc uerum non esse nec solius et primi imaginem et filium: quare etsi so
lus uerus pater dicatur: non in reprobationem eius dicitur: qui ait ego sum ueri
tas sed in eorum destructionem qui non sunt natura ueri: Qualis est pater talis
& filius. Sic enim & ipse dominus statim connexuit: & quem misisti iesum chri
stum quod si creatura esset se ipsum non coniunxisset: neq; connumerasset et a
quo creatus erat. quę enim uero est: cum falso communitas? nunc autem cum se
patri coniunxerit se naturę esse monstrauit: & nos cognoscere fecit se ueri patris
ueram generationem esse. Q d' quia didicerat ioannes docuit in epistola scribēs
et sumus in uero deo: & in filio eius iesu christo: hic est uerus christus et uita ęter
na et cum propheta dicat qui cęlum explicuit solus ipse uero deus ego solus ex
plicui cęlum planum omnibus factum in solo solius uerbum significari inquo
facta sunt omnia: & sine ipso factum est nihil Quare si per uerbum facta sunt. di
cit autem ego solus cum solo filius etiam intelligitur: per quem factum est et cę
lum: Sic ergo etiam si dicatur unus deus: et ego solus et ego primus in uno et so
lo et primo uerbum simul esse intelligitur: sicut in luce splendor: Nec uero hoc
de alio intelligeretur q̄ de solo uerbo: Siquidem alia omnia ex nihilo per filium
subsistunt. et multum naturaliter distant. ipse uero fili⁹ ex patre naturalis est ac
uera generatio quapropter et dictum quod in excusationem hęresis suæ stulti p
ferre putabant uidelicet ego primus: hoc potius insaniam eorum redarguit: de
inquit ego primus: et ego nouissimus: Qud' si ita connumeratus his quę post
eum sunt: primus ipsorum dicitur ut huic illa secunda sint: erit iuxta uos et ipse
ex his quę facta sunt. solo tempore pręcedens: sed hoc solum omnem impietatē
exuperat: Si uero dixit ego primus ut nec se ex ullo nec ante se ullum esse osten
deret: Sed ipsum omnium esse principium et causam atq; etiam ut gentilium fa
bulas destrueret. Planum est etiam dum filius primogenitus dicitur non ut ipse
cum creatura inumeretur primogenitus dicitur: sed ut omniū filio intercedente

opificium & adoptio demonstretur: Et eni sicuti pater primus est ita ipse prim⁹
est ut imago primi cum in ipso sit primus & generatio est ex patre & in ipso cre
atura omnis creat ac adoptatur: Sed contra hec denuo comenticiis ipsorum fa
bulis contendere conantur nec ita quidem unum esse patrem & filium nec simi
lem ut ecclesia predicat: sed esse ut ipsi uolunt: dicunt enim quando quidem q;
uult pater hęc uult & filius: & ei nec sensibus resistit neq; iudiciis: sed in omnib⁹
cum ipso sentit quia sententia rū identitatem & rationem consentientem copula
tam quę patris doctrinę reddit: Iccirco ipse & pater unum sunt. hęc eo iausi sunt
non nulli ex ipsis non solum dicere uerum etiam scribere: Quid autem absurdi⁹
quid ue irrationabilius dici potest: Nam si propterea unum sunt pater & filius &
hoc modo similis est patri filius uide & angelos & alia quę supra nos sunt prin
cipatus potestates thronos dominationes queq; apparent solem lunam planetas
& ipsos sicut & filius filios esse & de his quoq; dici ut sint & ipsi & pater unum &
unusquisq; patris imago sit & uerbum Nam quę uult pater: hęc uolunt & ipsi:
neq; opinionibus dissentiunt neq; iudiciis: sed in omnibus factori suo audientes
sunt. Neq; enim in gloria sua. permansisset nisi quę uult pater: hęc & ipsi uellent
propterea qui non mansit sed insoles fuit illud audiuit quomodo exciderit e cęlo
lucifer qui mane oriebatur: quemō igitur si hęc ita sint solus hic filius est unige
nitus & uerbum & sapientia: uel quomodo si tot sunt similia patri: solus hic ima
go est: Et enim iter homines multi inueniuntur patri similes: plurimi quidē mar
tires & ante eos prophetę & apostoli & ante hos item patriarchę & multi nunc
etiam saluatoris mandati custodiunt ut sint misericordes sicuti pater qui in cę
lis est & illud obseruent: Estote igitur imitatores dei tanq̄ filii dilecti & ambulař
in caritate sicut: & ille christi: & tamen ex his nullus est nec uerbum ne sapientia
nec unigenitus filios nec imago nec eorum aliquis ausus est dicere & pater unū
sumus uel ego in patre. & pater in me: sed de omnibus dictum est quis similis tibi
inter deos domine? uel quis similabitur tibi inter filios dei: de ipso autem solus i
mago uera & natura patris est. Nam & si facti sumus ad imaginem & imago dei
& gloria appellari non tamen nos ipsos sed hanc uocationis gratiam habemus
propter insitam nobis imaginem ueraq; dei gloriam quę est uerbum dei quod ꝓ
pter nos postea factū est caro: Cum igitur ineptus & irrationalis hic eorum sen
sus appareat necesse est similitudinē & unitatem ad filii referre substantiam Nam
nisi ita dicatur nihil ut dictum est. differre uidebitur ab his quę facta sunt. nec pa
tri: sed decretorum patris similis erit: Et ea differunt a patre quia pater pater est
decreta uero doctrina sunt patris: si ergo secundum decreta & doctrinam filius
similis est patris: pater iuxta eos nomine patř est filius aut non impermutabilis i
mago: qui etiā nec omnino proprietatem ullā uel similitudinem patris habere ui
debitur: Quę nam similitudo ipsi ac proprietas qui sit a patre diuersus? Nam &
paulus qui saluatori similia docebat nō erat ei per substantia similis: hęc igitur
sentientes mentiuntur: filius autem & pater: ita unum sunt quemadmodum dic
tum est. & ita ē filius similis: & ex ipse patre: sicut filium uidere & intelligeř licet
ad patrem: & sicut splendorem uidere licet ad solem: Nam quia si filius est. cum
filius operatur pater operatur & cum filius ad sanctos uenit pater in filio uenit
sicut & ipse promisit dicens: Veniemus ego & pater: & mansionem apud eum fa
ciemus: Nam pater in imagine spectatur: & in ipso splendore lux est: Quaprop
ter ut pauloante diximus: cum pater gratiam prebet & pacem hanc filius prebet
sicut pauls per omnem epistolam significat scribens gratia uobis & pax
adeo est patre nostro & domino iesu christo: Vna enim & eadem gratia
est a patre in filio sic una lux solis & ipsa splendoris efficitur: Sic igitur de

nuo:cum pro thessalonicensib⁹ oraret ac diceret ipse autem deus noster & domi
nus iesus christus dirigat nostrum iter ad uos unitatem patris seruauit ac filii ñ
enim dixit dirigant tanq̃ duplex a duobus gratia:ab hoc et ab illo preberetur:sꝫ
dirigat ut ostenderet quia pater per filium hanc tribuit:unde erubescere debent
impii et cum possint nolunt:Nam si uerbum substantię patris et sempiterna & ꝓ
pria generatio nõ esset sicut splendor lucis:sed natura differret a patre filius suf
ficeret patrem solum tribuere cum in his quę tribuuntur nihil factum cum fac
tore communicet. Nunc uero talis tributio unitatem ostendit patris ac filii : Ne
mo igitur oraret ut a patre et ab angelis acciperet:uel ab alia quauis creatura:nec
diceret det tibi deus et angelus:sed a patre et filio propter unitatem uniformem
tributionem per filium enim dantur:quęcunq; dantur nec quicq̃ est:q̃ non per
filium pater operetur:Sic enim etiam qui accipit stabilem grãm habet. Nam q̃ pa
triarcha iacob filiis benedicẽs ephraim et manasse dicebat deus qui me nutrit ex
iuuentute mea usq; ad hunc diem:angelus qui me liberauit ex omnibus malis be
nedicat hos infantes:non ex creatis unum quiq; natura sunt angeli connexui ei
qui creauit ipsos nec discedens ab eo qui se nutriuerat deo benedictionem ab an
gelo petebant infantibus sed cum dixisset qui me ex omnibus malis erripuit:ostẽ
dit non ex creatis angelis unum sed uerbum esse dei quem patri connectens ora
bat:per quem & filius deus si uoluerit liberat: hũc quia nouerat magni consilii ã
gelum uocari non alium esse dicebat:sed ipsum qui benedicerẽt ac liberaret ex ma
lis:neq; petebat se a deo pueros autem ab angelo benedici uolebat:sed ab eo quẽ
ipse orans dicebat non te dimittam nisi benedixeris mihi : Deus autem erat iste
ut ipse dicit uidi deum facie ad faciem:hunc et filius ioseph benedicere orabat:
Est igitur angeli proprium imperio dei parere sæpe etiam pręcedit ut amorręos
eiciat:et mittitur ut populum in uia custodiat sed hęc sunt non sua ipsius:sed ei⁹
qui imperat mittitq; dei:Cuius est etiam liberare quoscunq; uoluerit : Quaprop
ter non alius quam ipse dominus deus uisus dixit ei:Et ecce ego tecum custodiã
te in uia quacunq; ambulaueris: Nec alius item q̃ deus uisus inhibuit insidias la
ban iubens ei ne loqueretur praua iacob:Et ipse denuo non alium orabat q̃ deũ
dicens eripe me ex manu fratris mei besau: quia ipsum timeo : Nam et cum uxo
ribus loquens dicebat non dedit deus laban malefacere mihi propter ea & dauid
non alium q̃ deum ipsum orabat:ue liberaretur: Ad te domine dum tribularer
clamaui et tu exaudisti me:domine libera animã meam a labiis iniquis & lingua
dolosa:huic & gratiam attribuens uerba cantus loquebatur in decimo septimo
psalmo in quo die liberauit eum dominus ex manibus omnium inimicorum ei⁹
et ex manu saul ait Diligam te dñe fortitudo mea:dominus firmamentum me
um et profugium meum & liberator meus:paulus etiam persecutiões multas pas
sus non alii q̃ deo gratias agebat:dicens:sed ex omnibus erripuit me dominus et
erripiet in quem speraui nec alius q̃ deus benedixit abraam isaac et iacob : Et isa
dabat: quando & ipsis accedentibus dicebat uidebam satanan tanq̃ fulgur de cę
lo cadentem Sed iterum ꝙ accepisse dicebat hoc priusq̃ acciperet habuisse osten
ditur Nam & dęmonas fugabat: & quę satanas ligauerat ea ipse soluebat sicut si
abrahę filia fecit: & peccata dimittebat cum diceret paralytico & mulieri quę pe
des ipsius unxerat dimittuntur tibi peccata tua: & mortuos suscitabat. Cęci nati
uitatem supplebat cum usum ipsi gratificaret. Et hec faciebat non qui expecta
bat donec acciperet: sed qui potestatem habeat: ut ex his planum sit quodq; ha
beat cum uerbum sit: hęc & factus homo & post resurrectionem humane dicitur
accepisse ut propter ipsum homines & in terra tanquam diuine nature participes
facti de hinc potestatem contra dęmones habeant: & in cęlis uel lud a corruptiõe
liberati perpetuo regnent hoc enim sumatim nos scire oportet: quia nihil horum
quę accepisse dicit quasi non habens accepit: habebat enim uerbum cum semꝑ
deus fuerit nunc uero accepisse dicitur humane: quia ideo accepit ipse ut cum in
ipso acciperet caro: ex carne deinceps in nobis stabiliter permanerent. Nam qđ
a petro dicitur quia accepit a deo honorem & gloriam ãgelis ipsi subiectis huius
modi sensum habet: Sicut enim cum humanę interrogaret diuinę lazarum susci
tauit: Ita hic accepit humane dictom est: Angelorum autem subiectio uerbi diui
nitatem ostendit Desinite igitur inuisi deo nec de primite uerbum nec diuinitatẽ
ipsius quę patris est eleuate quasi indigeat uel ignoret. ne in dominom: quę ue
stra ipsorum sunt iniciatis sicut iudęi faciebant qui tunc eum lapidabant: Non e
nim sunt ista uerbi pro ut uerbum est: sed hominum propria: & quemadmodũ
cum spuit ipse cum manum extendit: Cum lazarum uocat Opera hęc timet si ꝑ
corpus fierent. non hominis esse diceremus: sed dei irasi humana in euangelio a
saluatore dicuntur naturam spectãtes eorum quę dicuntur: & ꝙ adeo sunt alie
na: hęc non diuinitati ascriberemus uerbi sed humanitati eius: Nã & si uerbum
caro factum est Passiones tamen proprię sunt carnis: Et caro si adeo portatur ĩ
uerbo: uerbi tamen donum est: & uirtus: patris igitur opera per carnem faciebat
& carnis item passiones in ipso nihilo secius apparebãt: ut uidelicet rogabat & la
zarum suscitauit: Et matrem increpabat dicens nundum uenit hora mea: & statĩ
uinum fecit: Verus enim deus. in carne & uera caro in uerbo erat. Propterea ex

operibus se notum faciebat. filium dei patremq̧ suum: ex passionibus carnis ue
rum se ferre corpus. & hoc suũ ipsius esse ostendebat: hęc cũ ita sint age pscrute
mur: & illud de hora nemo nouit neq̧ ãgeli neq̧ filius. hoc.n. i primis ualde igno
rãtes. & i eo tenebris ob uoluti magnã heresis suę putãt occasionem habere. Ego
uero & in hoc ipsos uideo sicut antiquitus gigantes dum causantur dũ hereticos
instruũt bellare cum deo Dominus.n. cęli ac terrę per quem omnia facta sunt de
die et hora apud ipsos iudicatur: Et uerbũ q̧ omnia nouit ab ipsis diem & horam
ignorare accusatur: Quid istis dementius quispiã dixerit? Quã ipsis insaniã adæ
quauerit? per uerbũ facta sunt omnia & ãni & tẽpora & nox & dies. & omnis crea
tura: & opifex opificiũ ignorare dicitur: Et ipa quidem lectionis series dei filium
diem & horã scire demonstrat. & ariani ignorantia pcipitãtur: Nã cum dixisset
neq̧ filius narrabat discipulis quę ante diem futura sũt dicens hęc erunt & hęc:
Deinde finem qui uero dicit q̃ ante diẽ futura sunt: nouit profecto & diẽ quę post
pdicta illucescet: Nã nisi horã nosset nũq̃ ea significaret quę ãte horã futura sũt:
qui nesciret quãdo erit hora Ac ueluti siquis cũ domũ uel urbe nescientib' signi
ficare uellet: quę ante domũ sunt: et uerbũ percurreret: postq̃ non omnia signifi
casset diceret: statim urbs erit et domus cognosceret certe qui signa diceret ubi
domus esset et urbs. Nãsi nesciret non ea significaret: quę antea sunt: ne forte pp
ignorãtiã uel audientes procul auerteret uel ipse qui dicit falleretur. & id quod si
gnificat puerteret) pari ratione dñus cum dicit: quę ante diem erunt. & horam
et accurate nouit et non ignorat quando erit hora: Quid igitur sciens discipulis
tunc apte non dixit Nullius est curiosius inuestigare quę ipse reticuit: Quis.n. co
gnouit mentẽ domini? Aut quis consiliarius eius fuit: Quid aũt ꝯ sciret dicebat
nec filius nouit: Nemiem fideliũ ignorare arbitror: quia pp carnem et hoc nihilo
minus ut homo dicebat: Nã neq̧ hoc detrimentũ est uerbi: sed humanę naturæ
propriũ est ignorare: Et hoc item probe cognosceres si conscia tecta tempus ex
quireres quando hęc quibusq̧ dicebat non tunc quidem cũ p ipm factũ ẽ cęlũ
nec cũ apud eũ erat con cta cõponens: nã nec ãteq̃ homo fieret ista dicebat. sed ꝯ
uerbũ caro factum est quapp et omnia quæcunq̧ dicit postq̃ factus est homo: ea
humanitati' equũ est ascribere: Nam uerbi propriũ est scire creata et horũ princi
pium ac finẽ non ignorare: ipsius enim sũt opera et nouit quanta et quatenus eo
rum constitutionem fecerit: Nã qui principiũ cuiuslibet rei nouit. is certe nouit:
et generalem comunẽq̧ rerum oĩum finẽ. ut exempli gratia cũ in euãgelio de suo
ipsius humano fine dicat. Pater uenit hora glorifica filium tuum profecto cuiusli
bet finis horã: ut uerbũ sciebat. ut homo ignorabat. hominis.n. propriũ est igno
rare talia pręsertim sed hoc ẽt non erubescebat pp carnẽ quę ignorabat dicere ñ
noui ut ostenderet: quia cũ nosset ut deus ignorabat ut caro: non dixit igitur nec
filius dei ut nati ex homine filii ignorantia esset: Propterea cum ab angelis ad su
periora ueniret nõ dixit nec spũs sanctus: sed tacuit ut ostenderet: quia si spũs no
uit multo magis uerbũ pro ut uerbũ est. nouit a quo spiritus accipit et de spũ ta
cens clarum fecit quia de humano ipsius ministerio dicebat neq̧ filius: Et hoc si
gnũ est quia cum humane dixisset nec filius nouit: se tamen ostendit diuinit' om
nia nosse: Nã filiũ quẽ aiũt nescire diem: hunc dicit cognoscere patrem Nemo.n.
inquit patrem cognoscit. nisi filius: Nemo ãt pręter arianos nõ fateretur quia qui
patrẽ cognoscit multo magis totũ creature nouit et in toto finẽ eius et si hora sta
tuta est. et dies a patre planũ est quia per filiũ statuta est. et nouit ipse qđ p ipm
statutũ est. Nihil.n. est. qđ non per filiũ factũ statutũq̧ nescit: Ergo ipse qui opi
fex est uniuersi nouit quale quantũq̧ et quousq̧ per ipm pater fieri uoluerit: sed
in quanto est. ẽt quatenus eoꝶ imitatio est. Preterea si omnia patris filii sunt: hoc
enim ipse dixit Patris autẽ est oĩa scire planũ est quia et filius nouit: cũ et hoc hẽat

ex patre proprium: Ad hęc si filius in patre & pater in filio nouit autē pater diē
& horam: Clarum est quia filius qui in patre est. & scit quę in patre sunt nouit &
ipse diem & horam. Quod si & imago uera est patris filius nouit autem pater diē
& horā: Non dubium est quin hoc quoq; sciam patris similitudine filius habeat
haud mirum est. si per quem oīa facta sunt. atq; consistunt uniuersa nouit ipse
quę facta sunt. & quādo particularis eorū cuiusq; finis futurus sit: Sed quādo hęc
est petulantia: quę arianorū in satię conuenit in patiē nos responsionē uenire co
git Nā cum illi sempiternū uerbum dei filiū his quę facta sunt connumerent sen
sum & ipsū patrem creatura minorem dicere meditantur Si enim qui patrē cognō
sit non nouit horā & diē uereor ne ut illi malesani dicerent plus sit creaturā imo
uero minima creaturę patiē cognoscere q̄ patrē: Verū illi hoc mō in spiritū san
ctum blasphemantes. expectent id quod dominus ait se nunq̄ impietatis huius re
missionē habituros: Nos uero qui christū amamus ac gerimus uerbū ꝓ ut uer
bū est. non ignorans dicere scimus non noui Nouit. n. sed hūanitatem ostendit:
quia ꝓprium est hominū ignorare. & carnē ignorātem induit in qua cū esset hu
mane dicebat non noui: Cū igitur tunc dixisset neq; filius nouit & hominū qui
per noe tempora fuerunt ignorantiā addidisset. statim subiunxit. Vigilate igitur
quia neq; uos scitis qua hora dominus uester ueniet: & item qua non putatis ho
ra filius hominis ueniet: Propter uos enim & ego ut uos factus dixi neq; filius. O
portebat enim si pro ut est deus ignorabat dicere uigilate igitur quia nescio &
qua non puto hora: Nunc uero hoc nō dixit sed cū dixisset nec uos scitis & qua
non putatis: ostendit quia hominem est. ignorare propter quos habens & similē
eorū carnem & factus homo dicebat neq; filius nouit: Neq;. n. carne nouit tam&si
ut uerbū nouerit: Exemplum quoq; temporū noe inpudentiā rursus arguit im
pugnatorum christi. Nā & illic non dixit non noui: sed non nouerant donec dilu
uium uenit homines enim nesciebāt qui uero diluuiū super induxit erat autē ip
se saluator sciebat diē & horā qua chatarractas aperuit ac rupit abyssos: Et noe
dixit ingredere tu & filii tui i arcā: Nam si ignorasset haud quaq̄ predixisset noe
Ad huc. n. dies septem: Ecce super induco pluuiā super terrā. Quod si per simili
tudinē temporum noe significat se diem nouisse diluuii Nouerat ergo suę quoq;
pręsentię diem: At in similitudine quā de uirginibus dixit clarius item ostendit
qui nam sint nescientes diem & horam cum dicit: Vigilate igitur quia nescitis diē
& horam: Sic igitur cum discipuli de fine interrogarent tunc rectę dixit: nec filius
uidelicet iuxta corpus ut ostenderet quia ut homo non nouerat: Hominum. n.
proprium est ignorare Verum tamen pro ut uerbum est: ipse est qui uenit ipse iu
dex ipse sponsus nouit quando: & qualis hora uenit: & quādo dicturus est exp
giscere dormiens & resurge ex mortuis & apparebit tibi christus Quemadmo
dū. n. cum factus sit homo cum hoībus famescit & sitit & patitur ita cum hoībus
uelud hō nouit: sed diuinę cū in patre sit ut pote uerbū & sapīa nouit: Et nihil est
qd' nesciat: Sic & de lazaro rursus interrogat: ut homo cū uenisset: ut ipm susci
taret & nosset unde lazari reuocaret aīam. Plus aūt erat scire ubi aīa esset q̄ ubi
corpus iaceret: Sed hūane interrogat ut diuine suscitet. Sic & dicipulos iterrogat
cū in partes cęsarie uenisset q̄q̄ sciret & priusq̄ petrus responderet. Nā si pater ea
petro reuellauit de qb⁹ dn̄us interrogabat: mai estū ē ꝑ filiū factā ē reuelanōēz
Nemo. n. nouit filiū nisi pr̄ & pr̄m nisi filius: & cuicūq; uoluerit filius reuellare
Qud' si ꝑ filiū & pr̄is & filii cognitio reuellat̄ nō dubiū ē qui ipe q̄ iterrogat dn̄s
cū pri⁹ q̄ a pr̄e sūt: petro reuellasset: hūae postea iterrogabat: ut & hoc ostēderet
q̄ hūae iterrogās diuine sciebat q̄ petr⁹ dictur⁹ ēēt Sciebat ergo fil⁹ q̄ pr̄m suū
cognoscit: qua cognitiōe nec maius aliquid nec ꝑfect⁹ esse posset: Et hęc q̄dē ad
ꝯfutationē eorū sufficere poterāt Placet aūt ipos iterogarē ut hoc ēt mō inimici ūi

tatis & impugnatores christi magis appareāt. Apostolus in secunda ad corīthios epistola scribens scio inquit hominē in christo ante annos. xiiii. siue in corpore siue extra corpus nescio deus scit. Quid igitur dicitis: Sciebat ne apostolus quod inuisione passus esset ēt si diceret. nescio? an nesciebat? Si nesciebat: uidete ne qui cadere soletis in phrigum ēt iniquitatem cadatis: Qui dicūt nescire prophetas & alios qui uerbū ministrant, nec quę faciant. nec de quib⁹ ānuncient: Sin autē scit cū dicat nescio (hēbat enim in se christū qui omnia ipi reuellabat) quomodo non uere peruersum est et in discretū cor eorum christi impugnatorū qui aposto lū dicenetē nescio scire dicūt: Si enim quia christus in ipo erat paulus sciebat: qui dicit nescio: Quomō nō magis christus ipe nouerat: ēt si dicat non noui: Apostolus igitur reuellante filio sciebat quid passus esset: iccirco enim dicit. Scio hominē in christo Sed quid hominē sciebat Sciebat quomō raptus esset homo: Elise⁹ igitur cum spectaret eliam sciebat ēt quomō assumptus esset: sed q̄uis nosceret tn̄ cū filii pphetarum putarent in uno montiū a spiritu proiectum esse ipe qui sciebat quod uiderat primo quidē hominib⁹ suadebat. Sed cū illi cogerent obticuit & eum abiisse concessit: Nunquid igitur: quia tacuit nesciebat? Sciebat quidem: Sed tanq̄ nesciens acquieuit ut & illi psuasi posthac nihil de elię assumptione cōtenderent: multo igitur magis paulus ipse qui raptus erat nouerat etiam quomō raptus erat. Nā ēt elias nouerat quomō assumptus esset: & dixisset siquis eum interrogaret: Dic tamen paulus nescio duorum gratia ut arbitror: unius quidem ut ipe dixit: nequis ipm pp magnitudinem reuellationū aliud esse putet. supra q̄ uidet: Alterius uero quia cum saluator dixerit non noui decebat. & ipsum dicere nescio ne maior uideretur seruus domino discipulus pręceptore suo: Ergo qui paulo dederat ut sciret multo magis ipe sciebat: Nam cum & ea dicit: quę āte diē erunt nouit: ut antedixi quando dies erit & hora: Et tamen cum sciat dicit nec filius nouit: Quid igitur tūc dixit n̄ noui? Ipe quidem ut pote dominus nouerat. Sꝫ id quod perquirentibus conciendum est. nostra: ut ego quidem arbitror utilitatis causa fecit: Et ipe ueritatis sensū adiectione prębet: utrobiq; uero saluator obseruat quod utile nobis est. Nam & quę ānte, finem occurent apuit ne cum ea fient. ut ipe dixit pturbemur: Sed ex his eorum quę potinus erunt finem expectemus: De die uero & hora noluit diuinē dicere noui Sed humane ut ante dixi ppr ignorantem carnem dixit non noui ne posthac ipsum interrogarent. & ita siue non diceret discipulos tunc tristes redderet siue diceret rem ipsis et nobis omnib⁹ in utilē faceret hoc omnino pro nobis ē esse quia pro nobis et uerbum caro factū est. pro nobis igitur dixit et illud: nec filius nouit. Et hoc cum diceret mentitus non est. Nam humane dicebat ut homo non noui & illorum interrogationem repressit: Itaq; in actibus apostolorum scriptum est: cum supsedit angelis ascēdēs ut homo carnem in coelum referens quam gestabat discipuli hoc spectantes dēuo interrogabant. quando finis erit? et quando redibis? Et clarius dixit eis: Non est uestrū nosce tēpora et momēta quę pater posuit i potestare sua: Et tūc nō dixit neq; fili⁹ sicut āntea ut hō. sꝫ uestrū n̄ ē noscere. iā. n. caro resurrexerat et mortalitate deposita deificata erat. Nec ipꝫ postea cōueniebat. ut hōīnē respōder̄ cū rediret i cęlū: sꝫ ut deū docere n̄ ē uestrū scire tp̄ra et momēta quę pr̄ possuit i pōtate sua sed quę nā ē pr̄is potestas? an n̄ christ⁹? christ⁹. n. dei uirtus ē et sapia: Nouerat ergo fili⁹ q uerbū ē: hoc. n. cū diceret significabat ego noui Sed n̄ ē uestrū scire pp uos. n. cū i mēte sederē uṙe atq; oium utilitatis gr̄a hūc dixi neq; fili⁹ nouit: Vobis. n. cōducit de angelis deq; filio sit audir̄ ppter errores q postea futuri sūt ut si dęmōes æquę ēt atq; āgeli trāsformati fuerit: et de cōsumatiōe dicere tēptauerint uos ipis ut pote nescientib⁹ minime credaris: Q d̄ si antichristus simulās dixerit ego sum christus: & de consumatione tentauerit & ipse dicere ut audien

tes decipiat:nec illi quidem credatis qui a me uocem habetis neq; filius nouit: At
hec illud & hominibus confert nescire quãdo finis erit uel dies finis ne si noster
tẽporis intermedii contemptores fierent expectantes proximos consumationi di
es:Nam occasionem caperent:ut sui curam tunc solum habere inciperẽt propter
ea & mortis cuiusq; finem tacuit ne hac occasione inflati homines maiorem tem
poris partem se ipsos negligere incipiant:Vtrunq; igitur finem procul a nobis
uerbum reposuit & uniuersalem & particularem:Siquidem i uniuersali particu
laris continetur & in particulari uniuersalis aggregatur ut cum ille incertus sit
& semper & pectetur proficiamus in anteriora extenti:que retro sũt obliti Quis
enim si finis diem sciret non intermedium.tempus negligeret:Sed cum nesciat
quotidie paratus est:Iccirco enim saluator subintulit dicens uigilate igitur qui
a nescitis qua die dominus uester uenturus sit & qua non putatis hora filius ho
minis ueniet hoc igitur propter utilitatem dixit que ex ignorantia proficiscitur
Nam cum hec dicat uult nos semper paratos esse nos enim inquit nescims. Ego
uero dominus scio quãdo ueniam tametsi ariani me non expectent qui sum uer
bum patris.Dominus igitur qui uirilytatem nostram melius sit q̃ ipsi nos. Caue
bat hoc modo discipulis:& ipsi cum didicissent.thesalonicenses correxerunt q
in hoc erant erracum sed impugnatores christi quoniam nec ita quidem refugiũt
tametsi eos habere scientia cor durius pharaone:tamen hoc item interrogare uer
bum:In paradiso deus adam interrogat dicens adam ubi es percunctatur etiam
caim:Vbi abel frater tuus?Quod igitur & de hoc dicitis:Si enim ipsum ignorare
putatis & ideo interrogare:manicheis iam adhereatis:hec enim ipsorum est au
dacia:Sin autem manichei manifeste dici uertentes uos ipsos dicere cogitis.quia
sciens interrogat quid absurdum:uel quid inusitatum uidentes ita cecidistis : si
filius inquo tunc deus interrogabat nũc idem filius carne uestitus ex discipulis
interrogat ut homo nisi forte manichei facti interrogationem que tunc ad adam
facta est criminari uoluentis ut & uos tantum in prauis opinionibus audaces si
tis Etenim in omnibus confutati fremitis:rursus ex eo quod dictum est.a luca q̃
quidem recte dictum est.Vos autem male intelligitis.Sed quid est illud? nam ap
ponere necesse est ut & hoc modo mens eorum corrupta ostendatur:Dicit ergo
lucas:& iesus proficiebat sapientia: & etate & gratia apud deum & homines: Et
dictum quidem eiusmodi est.Quoniam uero & in hoc offendunt necesse est rur
sus eos tanq̃ sadduceos & phariseos interrogare de quo lucas ait:Estne ita iesus
christus homo ut alii omnes:an deus carnem gestans?Si enim comunis est.& ip
se homo sicut omnes alii sit etiam ut homo proficiens:qui tamen samoteni sensus
est.cum quo re quidem & uos sentitis sed propter homines nomine solum diffẽ
titis:Sin autem deus est carnem gestans:sicuti uere est & uerbum caro factum
est: & cum deus sit interram descendit quem profectum habet qui equali est deo
& ubi augeri potest filius qui in patre semper est.Si enim cum semper sit in patrẽ
proficit:quid ergo ẽ ultra patrem?ut preter ipsum proficiat.Deinde nõ inutile
est eadẽ dicere:q̃ sup accipere & glorificari diximꝰ: si hõ factus ꝓficiebat clarũ
est qr anteq̃ hõ fieret imperfectus erat.& caro ipm potius ꝓficit q̃ ipe carnẽ: Et
rursꝰ si ꝓficit cũ uerbũ sit qd põt maiꝰ euaderẽ uerbo & sapia & filio & deo & uir
tute:hec.n: uerbũ ẽ. Cuius si qs uelut radii pticeps quodã mõ ẽe põt:hic oĩo p
fectus ẽ inter hoĩes & ãgelis equalis effi.cit̃:ãgeli & archãgeli & dñationes & uir
tutes oẽs & troni uerbi pricipes prĩs eꝰ faciẽ sẽp aspiciũt quomo igit̃ q alis pfec
tionẽ pbet ipe illis iferior ꝓficit? Angeli .n. hũae ẽt ipiꝰ generationi ministrarũt
Et q̃ a luca dicit̃ post ãgelorꝫ ministeriũ dictũ ẽ Qui põt igit̃ hoc in hoĩs etiã
cognitionem uenire quo pacto uel sapientia in sapientia uel qui aliis dat gratiam
in gratia ipse proficiat?paulus enim cum sciret.gratiam per ipsum dari ubiq;

in epistola dicit gratia domini nostri iesu christi cum omnibus uobis Aut enim
mentiri dicant apostolum uel nec sapientiam esse filium dicere audeant: aut si sa
pientia est ut solomon dicit & paulus scribit: christus dei uirtus & dei sapia : pro
fectum non admittit: homines enim qui creaturæ sunt: uirtute intendi quodamo
do ac proficere possunt. Enoch igitur hoc mō translatus est. & moyses crescēdo
ꝓficiebatur isaac quoq; ꝓficiendo factus est magnus: Et apostolus quotidie se in
anteriora extentū esse dicebat. habebat enim quisq; ubi proficeret cū gradum an
teriorem prospiceret. Dei uero filius qui solus est: quonam extendi poterat? Nā
omnia in ipsum spectantia proficiunt: ip̄e uero qui solus est in solo patre est: nec
ab eo protenditur: sed in ipso semper manet hominū igitur est. proficere: Sed fili
us dei quia proficere non potest: cum sit in patre ꝓfectus se ip̄m pro nobis humi
liauit: ut in ipsius humilitate nos magis crescere possimus: incrementum uero no
strum nihil aliud est q̄ a sensibilibus deficere et in ip̄o uerbo esse quando & ipsius
humilitas nihil aliud est q̄ carnem nostram accipe: Non igitur uerbum ꝓ ut uer
bum est proficiebat qui profectus est. ex perfecto patre qui nullius indiget: sed a
lios ad ꝓficiendum inducit: humane uero dictum est. & hoc loco proficere quia
profectus hoīum est. Nam & euangelista hoc mō accurata cum obseruatione lo
quens ꝓfectui coniunxit ętatem: uerbū aūt & deus non mesuratur ętate. Sed cor
porum sunt ętates : Corporis ergo ꝓfectus est ip̄o enim crescente crescebat in eo
specimen diuinitatis apud eos qui uidebant et quanto magis diuinitas reuellabi
tur. tanto magis grā crescebat hominis apud omnes homines: infans enim gesta
stabatur puer factus in templo remansit et sacerdotes de lege interrogauit: & cor
pore sensum adolescente cum uerbū in eo clarescceret. confitetur primo petrus d̄
inde omnes quia uere dei filius est iste tametsi iudęi & ueteres & iuuenes oculos
claudunt: ut uideant: quia in sapientia ꝓficere non est sapientiā ꝓficere: s3 huma
nitatem potius in ea proficere: & iesus proficiebat. in sapientia et gratia: Et si ue
rum ꝑsuasibiliter dicere oportet. ipse in se ꝓficiebat: Sapientia enim domū sibi æ
dificauerat. & in se domum proficere faciebat: At quis profectus dicitur. deifica
tio & gratia: quæ ante dixi sapīa impartitur hominibus peccato in ip̄is & corrup
tione deleta ꝑ similitudinem et cognationem carnis uerbi: Cum enim hoc modo
corpus ętate adolesceret coalescebat in eo diuinitatis specimen et constabat apud
omnes templum dei esse & deum in corpore: tametsi contendant quia iesus uoca
tus est. caro factus et ad ipsum referant. profitiebat: Audiant ne hoc quidem sp̄ū
ali derogare luci (hęc enim est filius) sed rursus ostendere quia uerbū homo fac
tum est. et ueram carnem gestauit: Et quemadmodum dicimus carne passum ēe
et carne deinceps reliqua sic etiam non absurde diceretur carne proficere: Nam
neq; profectus qualem diximus absq; uerbo fiebat in ipso enim caro erat quę ꝓ
ficiebat: et ipsius caro dicitur. Et hoc rursus erat ut hominū profectus coniūcto
uerbo stabilis permaneret nec uerbi igitur profectus erat nec caro sapia sed sapiē
tię corpus caro facta est. Quapp ut antediximus nō sapienna pro ut ē sapientia
ip̄a per se proficiebat quę naturam humanā sensim transcendebat. ac deificaba
tur et instrumētū ad opera diuinitatis efficiebātur: et splendorem omnibus: apie
bat. Et propterea non dixit uerbū proficiebat: sed iesus: quo nomine natus domi
nus uocatus est. ut hoc modo humanę naturę profectus sit sicut in superiorib9
dictum ut igitur proficiente carne dicitur ip̄e proficere pro ea quę cum corpore
est proprietate: Ita etiā quę sub mortis tempus dicūt perturbatum esse fleuisse eo
dem sensu accipienda sunt: huc enim et illuc circumeuntes et ex his heresin qua
si de uo ꝯstituētes dicūt ecce fleuit et dixit nūc aīa mea turbata ē. et orauit ut calix
trāsiret. Quomō igiť si hęc dixit d9 ē et uerbū pris? ita scriptū est. qa fleuit īpugna
tores dei et dixit turbatus sum: Et in cruce dixit eloi lunas abacthani. quod ē d9

meus deus meus ut quid me dereliquisti?& orauit fáe ut calix trãsiret hęc enim scripta sunt: Sed uos item respondere uelim hoc enim insingulis quę a uobis ꝓ ponuntur ex aduerso audiatis necesse est:Si quidem purus est homo qui loquit fleat timeat mortem ut homo:Sin autem ut uerbum est in carne:Non enim dubi tandum eadem semper dicere quem deus timere poterat?uel quid morté timebat cum ipse sit uita & alios morte liberetur.uel quomodo qui dicat nolite eos time re qui corpus occidunt ipse timebat?uel quomodo qui dicit abrağ noli timere tecum enim sum & qui moisem contra pharaonem adhortatur & naui filio dicit fortis esto & uirilis herodem ipse timebat:& pontium?Preterea qui alijs ne time rent adiutor erat Dominus enim mihi adiutor inquit & non timebo quit mihi fa ciat homo hic duces timebat mortales homines?& qui uenerat aduersus morté ipse formidabat quomodo non absurdum est & impium:hunc metuisse inferos quem iamcores inferum uidentes teriti sunt:Et si uerbum ut uos uultis pauebat Quid qui de iudeorum insidijs pauloante dixerat non fugiebat? sed quęsitus di cebat ego sum:Poterat enim non mori qui dicebat potestatem habeo ponere ani mam meam:& potestatem habeo iterum accipere ipsam: & nemo aufert eam a me:Verum hęc uerbi propria natura non erat pro ut uerbum erat:Sed in carne quę talia patiebatur uerbum erat o christi impugnatores iograti quę iudęi:Siq dem hęc ante carnem dicta non sunt:sed cum uerbum caro factum est & homo tunc humane hęc dicta sunt & scripta ut exempli gratia hic de quo talia scripta sunt lazarum suscitauit amortuis aquam uinum fecit:Cęco a natiuitate uisum donauit:dixit ego & pater unum sumus: Quod si ex humanis humilia de filio dei cogitare causantur immo uero hominem ipsum ex terra totũ & non de cęlo arbitrantur:Quid non ex diuinis item operibus uerbum in patre cognoscunt & impietatem suam penitus abnegant:ipsis enim uidere licet quomodo idest qui o pera facit:idem qui mortale corpus ostendit dum flere ipsum ac famescere:& in ipso quę propria corporis sunt uideri sinit:ex his enim notum faciebat se cum d us immortalis sit carnem cepisse mortalem ex operibus aũt ostendebat se dei uer bum esse & hominem postea factum:cum diceret &si mihi non creditis quętn hu mano corpore circundatum uidetis at operibus credite:ut cognoscatis quia ego in patre & pater in me:Omniuo mihi impudentes blasphemiq; uidentur impu gnatores christi qui cum audiant.ego & pater unum sumus sensum dePrauare conantur & unitatem patris ac filij diuidere cum uero audiant fleuisse sudasse passum fuisse:hęc in corpore non uident.Sed ex his ipsum creaturę connumerát per quem creatura facta est:Quid igitur iam nunc isti a iudeis differunt: Nam ut illi opera dei blasphemantes belzebu attribuebant:ita & isti dominum q̃ hęc operabatur creaturis connumerantes:eam cum illis damnationem sustinebunt irreuocabilem:Oportebat enim eos cum audirent ego & pater unum sumus u nam ex substantię patris proprietate diuinitatem inspicere cum uero audirent fleuisse & cetera eiusmodi hęc corporis propria dicere cum presertim utrobiq; occasionem habeant probabilem:Nam & illa tãq̃ de deo scripta sunt:& hęc pro pter humanum ipsius corpus dicuntur Nam quę corporis sunt:in corporeo nō fierent nisi corpus corruptibile ac mortale cepisset:Mortalis enim erat matta ex qua erat & corpus Quapropter necesse erat cum ipse in corpore esset quod flet quod laborat ea etiam cum corpore dici quę propria sunt carnis: Quod si fle uit & turbatus est:non erat uerbum pro ut uerbum est quod fleret quod pertur baretur sed carnis id proprium erat.& si orauit ut calix transiret:non erat diui nitas quę paueret sed huãnitatis hęc quoq; perturbatio fuit:& cum dicit ut qd me dereliquisti:qu annuis mihi patiebatur ( Nam uerbum pati non potest hęc rũ euãgelista ut in superioribus dictũ est.tanq̃ ipius esse dixerunt:quoniá & hō

factus est et hęc uelut ab homine sunt atq; dicuntur ut & has carnis passiões ipe
leuaret:quibus eam liberam pręparauit. Quare nec potest quidem a patre dere
liqui dominus qui in eo semper erat et priusq̄ uocem ista diceit & cum eam emit
teret:Nec uero fas est rursus dicere timuisse dominum quo territi ianitores infeꝝ
inferos deserunt & monumenta aperta sunt corpora sanctorum r̄surrxeũt & ho
minibus apparuerunt: Refrenetur ergo hęreticus omnis et dicere uereatur ti
muisse dominum quem mors fugit ut draco:quem dęmones tremunt : & mare
formidat:per quem cęli finduntur et uirtus omnis cōmouetur:Ecce enim ipo di
cente ut quid me dereliquisti ostendit pater quia semper et tunc erat in eo:Terra
enim dominum q aloquebatur agnoscens statim tremuit & uelum scissum ē sol
obscuratus & petrę scissę.sunt monumenta ut dixi aperta sunt.et qui in eis erant
mortui surrexerunt & quod admiratione dignum est.qui tunc aderant ipm q;
negabant:postea cum hęc uiderent confitentur uere hunc dei filium esse.Quod
aũt dicit si possibile est.transeat calix discant quomodo cum hęc dixisset petrum
increpauit dicens.non intelligis quę dei sunt:Nam quod recusauerat uolebat et
eius causa uenerat:sed ipsius erat pauere icciico dicebat ut homo eiusmodi uocē
& utraq; rursus ab eodē dicebantur ut ostenderet quia deus erat ipe qui uolebat
sed homo factus pauentem carnem habebat cuius gratia uoluntatem suam cum
humana infirmitate confudit ut hac itē euacuata hominem contra mortē intrepi
dum pręparatet:Ecce.n.rem uere in opinam quem quasi ex pauore loqui putãt
impugnatores christi hic eo ipo qui pauor putatur intrepidos homines compat:
Beati igitur apostoli post eum huiusmodi uocibus mortem adeo contemnebant
ut nihil eos curr arent qui se interrogabant.sed diceret obedire oportet magis d̄o
q̄ hominibus:alii uero sancti martyres usq; adeo confidebant:ut se ad uitam po
tius transire q̄ mortem sustinere putarent: Quomodo non igitur absurdũ mini
rum uerbi fortitudinem admirari : ipm uero uerbũ ꝑ quo illi mortem contēpse
runt pauore affectum dicere?Nam ex constantissimo sanctoꝝ martyꝝ proposito
ac fortitudine ostenditur quia diuinitas non pauebat:sed pauorem nostrum sal
uator auferebat:Sicut.n.mortem morte et humane humana omnia destruebat :
sic et eo ipo qui pauor putabatur pauorem nostrũ auferebat:& effecit ne posthac
homines mortem metuerēt hęc igitur dicebat simul et faciebat: humanũ.n. erat
dicere transeat calyx:& ut quid me dereliquisti ? diuinum aũt facere ut sol defi
ceret: mortui resurgerēt Rursus cum humane diceret nũc aĩa mea turbata est di
uine aiebat.potestatem hẽo ponere aiam meã & potestatem habeo recipe ipam :
Nam turbari carnis erat propriũ potestatem habere ponendi aiam ac recipiendi
cum uellet.hoc iam non hominum est:sed uirtutis uerbi proprium . homo enim
non potestate propria:sed necessitate naturę ēt si nolit moritur:Dominus autem
qui immortalis erat:sed mortalem carnem hēat poterat ut deus a corpore sepa
ari et hoc item recipere cum uellet : De hac dauia ēt canit non derelinques aiam
meam in inferno nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem Decebat.n. car
nem quę corruptibilis erat:non iam pro sua ipsius natura manere mortalem sed
pro uerbo quod eam induerat . imortalem persistere : Nam sicut ipse cum in
corpore nostro esset nostra mutabatur : ita nos cum ipsum accepęrimus diuini
tatis eius participes sumus . Frustra igitur similantes scandelizantur ac hu
milia de uerbo sentiunt ariani quia scriptum est ſ perturbatus est & fleuit :
Videntur enim nec humanum quidem sensum habere qui hominum natu
ram ignorent:et quę ipsorum propria sunt : Quapropter mirandum potius
erat ꝙ uerbum cum in eiusmodi carne esset: quę pateretur:nec prohibuit insidi
antes nec ultus est interficientes cum tamen posset : qui alios mori prohibebat .
& mortuos suscitabat : sed corpꝰ suum pati permisit.Icc irco enim uenerat sicut

antedixi ut pateretur carne & caro deinceps pati nõ posset. sed immortalis eua
deret: Et quemadmodum iam sepe diximus cum in eum contum & quę debeban
tur omnia pręuenissent: hęc postea homines minime tangerent: sed ab eo peni
tus abolerentur & ipsi in reliquum: uelut dei templum per secula incorruptibi
les permanerent: hęc si christi impugnatores ita sensissent & ecclesię metam qua
si ancoram fidei cognouissent passi non essent in fide naufragium: nec usq; adeo
insolescerent ut his repugnarent qui se prolapsos suscipere uolunt immo uero
inimicos eos ducerent qui se ad pietatem hortantur: Sed hereticus ut uidetur fs
est uere mala qui cor undiq; ad impietatem uitiatum gerit: Ecce enim cũ in om
nibus confutentur: & omni cognitione priuati esse ostendantur: non erubescũt
sed uelut lydra bellua in fabulis apud gentiles celebrata prioribus cesis serpenti
bus alios fundebat quorum instauratione cum interfectere certabat. Pari ratio
ne & hi deo inuisi cum in his quę pręparant tanq̃ lydre spiritualiter occidant: q̃
stiones alias sibi ipsis iudaicas & fatuas inueniunt: & quasi inimicam ueritatem
habeant noua excogitant: dum modo se per omnia christi impugnatores osten
dant: Nam post reprehensiones tantas quibus etiam diabolus istorum pater re
tro confusus abiret ipsi a peruerso corde cogitantes murmurant: Et his quidẽ in
susurant alii ueluti culices circumstrepuor dicentes: Esto sic interpretamini. Et
uincitis ratiocinationibus & argumentis: sed dicendum est prepositio & uolun
tate filium a patre genitum. Nam & in hoc multos decipiunt quia dei propositũ
uoluntatemq; proponunt: hoc uero si quis ex his qui recte credunt simpliciter
diceret: nihil cuiq̃ suspicari liceret: quando simplicem uerbum prolationem rec
te fidei sensus uinceret: Sed quoniam hereticorum uox est suspecta sunt autem e
reticorum uerba & ut scriptum est gubernant autem impii dolos. & sermones e
orum dolosi sunt: etiam si solum nuerint uiciatum enim cor gerunt age & hoc
quod ab eis dicitur exquiramus: ne forte in omnibus coniuncti continuo uellut ly
dre dictiunculam nouam excogitarint ut sermone hoc spetioso persuasibiliq; su
reptione suam ipsorum impietatem alio item modo disseminent Idem enim de
nuo significat qui dicitur filius uoluntate genitus est: & creatura est: Sed quia
hoc dicere erubescunt conantur miseri hoc rursus aliter significare uoluntatẽ
premittentes sic atramentum sepię ut in hoc simplicibus tenebras obducant: &
ipsi heresis sue non obliuiscantur: Vnde enim illud proposito uel uoluntate qua
ue scriptura denuo talia proferunt: dicant isti uerbis suspecti & impietatis inuen
tores: Pater enim de cęlo uerbum suum reuellans ostendit. hic est filius meus di
lectus & per dauid eructauit inquit cor meum uerbum bonum: Ioanni uero mã
dauit ut diceret. In principio erat uerbum Et dauit canens apud te inquit fons ui
tę in lumine tuo uidebimus lumen. Et apostolus scribit qui cum sit splendor gl
orię & iterum quę cum in forma dei esset: & qui est imago dei inuisibilis Vbiq; e
sentiam ubi omnes & nusq̃ & uoluntate ipsum neq; omnino factum esse dicunt
ipsi uero ubi nam propositum inuenerunt uel uoluntatem pręcedere uerbi dei
nisi forte scripturis omissis ualentini quoq; prauam opinionem effingiunt Pto
lomeus enĩ ualentini duas lances habere dixit ingenitũ cogitationem & uolunta
tem & primo cogitauit deinde uoluit & quę cogitauit exhibere non potuit nisi
cum uoluntatis potestas fuit hinc ariani didicerunt. ut propositum & uoluntatẽ
uerbum precedere uelint illi ergo q̃ ualentini sunt omulentur nos uero diuinis
congredientes eloquiis de filio inuenim⁹ erat. & ipsũ ĩ patre solũ: & patris imagi
nẽ esse audim⁹: De his aũt solis q̃ facta sunt ꝓpositũ & uoluntatẽ ꝓcedeꝛ legimus
hoc enim aliquando naturaliter non erant nisi cum facta sunt. uidelicet canente
dauid psalmo centesimo tertio decimo: hic deus noster in cęlo & in terra omnia
quęcunq; uoluit fecit: & centesimo decimo Magna opera dñi exquisita in oẽs

uoluntates eius et rursus . centesimo trigesimo quarto: omnia quęcunq; uoluit
dñus fecit in coelo in terra in mari et omni abysso: Si ergo opus est & factura et u
nus ex omnibus dicatur et ipse uoluntate factus: Sic.n.facturas fieri scriptura de
monstrat: Et asterius hæresis patronus cum isto consentiens ita scribit: Siue.n.ĩ
dignum est opifice.ut uolens faciat in omnibus pariter tollatur uelle ut dignitas
ei pura seruetur: Siue deo conuenit uelle: sit qđ melius est in prima etiã generati
one: Neq;.n.uni et eidem deo cũ in rebus quę fiunt conuenire possit uelle conue
nire oportet ẽt non uelle: Maximã quamq; impietatem in uerbis suis sophista cõ
posuit ut factura & generatio idem sit: & unus ex omnibus generationibus deus
Tantundem.n.conclusit quia facturas proposito et uoluntate dicere conuenit.

Itaq; si alius est ab omnibus ut supra demonstratum est & p ipm potius facta sunt
opera: non dicatur uoluntate: ne et ipse eodẽ modo generetur quo et ea consistũt
quę per ipsum facta sunt: Et.n.paulus cũ prius nõ esset p dei uoluntatẽ factus est
apostolus: & uocatio nostra cũ antea non esset nũc ãt sit pręcedentẽ uoluntatem
habet: & ut ipe iterum paulus dicit secũdũ bñplacitum uoluntate eius factũ est:
Et quod per moysem dicitur fiat lux & educat terra: & faciamus hominẽ: hoc ut
insuperioribus dictũ est: uoluntatis eius qui faciebat significatiuũ esse arbitror .
Nam quæ aliquando non erat sed ex trinsecus facta sunt: deus facere uoluit: pro
priũ aũt uerbũ ex se ipso naturaliter generans non ante uoluit: in ipo enim pater
omnia quecũq; uult facit: et in hoc fabricat: quemadmodũ et iacobus apostolus
docens dicebat.cũ uoluit generauit nos uerbo ueritatis: De omnibus igitur quę
q; regenerãtur quęq; simul fiunt dei uoluntas in uerbo est: in quo ea quę decre
uerit facit ac regenerat: & hoc item significat.apostolus ad thessalonicen scribẽs
hęc enim uoluntas dei in christo iesu aduos: si uero in quo facit in ipo etiã uolun
tas est: & in christo uoluntas patris: quomõ potest et ipse in uoluntate et proposi
to fieri: Si.n.& ipe uoluntate factus est ut dicitis necesse est de ipo uoluntatem in
alio quodam uerbo consistere per quem & ipse genitus sit: Demonstratũ est eniʒ
uolũtatẽ di ñ ĩ his ẽe q̃ fiũt ſʒ ĩ eo ꝑpter quẽ et ĩ quo factuř oẽs fiũt Deiđ ꝯ idẽ sit
diceř uolũtate. Et fuit aliquãdo ꝯ ñ erat: satis hoc habeãt. diceř fuit aliquãdo ꝯ
nõ erat: ut dum erubescũt: ꝗ tempore significatur cognoscant quia dũ uolũtate
dicunt tempora ante filium fuisse significant: his enim quę aliquando non erat
uoluntas pręcedit sicut in omnibus creaturis Q đ si uerbum creaturarum est o
pifex ipse uero consubstantialis est patri quomõ uoluntas ei qui sempiternus ẽ
quasi non fuerit pręcedere potest: Si enim uoluntas precedit quomodo per ipsũ
omnia: sed potius unus est ex omnibꝰ uoluntate et ipe generatus filiꝰ sicut et nos
uerbo ueritatis generati sumus filii et iõ necesse nobis uerbum aliud ut dictum ẽ
quærere per quod factum sic hoc et generatum cum omnibus quę deus uoluit:
Si ergo alterum est dei uerbum sit et hoc uerbo genitum Sin autem non est aliud
sicut certe non est: sed omnia per ipsum facta sunt quę pater uoluit: quomõ non
phibetur istoꝝ multiceps astuciaꝰ quia cum dicere uereantur facturam et creatu
ram et non erat priusq̃ genitum esset dei uerbũ: alio item mõ ipsum dicunt: crea
turã ẽe premittentes uoluntatem et dñt si nõ est uoluntate genitus necessario igi
tur et inuitus filium deus habuit perniciosissimi quiq; ad hęresim suam omnia
trahunt: Nam quod uoluntati opponitur uident quod maius et pręponitur nõ
uideret: Sicut enim uoluntati opponitur id qđ est pręter sententiam: ita uolunta
ti proponitur ac pręcedit quod est secundum naturam: Domum igitur aliquis ę
dificat uolontate filium uero generat natura: et quod uolutate ędificatur fieri
cępit et extra eum est: qui facit filius autem substantiæ patris propria est genera
tio neq; extra ipsum propterea nec de illo consulit: nec de se ipso consulere uidea
tur . Quantum igitur creaturæ filius tantum id quod secundum naturam

est uoluntati preponitur:& oportebat eos cum non audirent uoluntate cogitare secundum naturam:hi uero obliti se audire de deo humanas audent oppositiones dicere in deo uidelicet necessario & preter sententiam:ut uerum dei filium esse negent:Et enim dicant ipsi uobis bonum esse misericordemq; deum hoccine adest.ei uoluntate an non:Si enim uoluntate:considerare oportet quia bonus esse cepit:& fieri potest ut bonus non sit:Nam uoluntas & propositum ad utrunq; mouetur:& hęc est rationalis naturę passio:Si uero quia id absurdum est non uoluntate misericors & bonus est audiant quę ipsi dixerunt:ergo necessario & inuitus bonus est:& quis ipsi necessitatem imponit Quod si irrationabile est dicere in deo necessitatem:quia natura bonus est:multo magis & uerius filii pater natura & non uoluntate fuerit:Dicant uero & hoc item nobis uolo enim eis pro ipsorum impudenciã interogatioẽm adducere audacem sane:sed quę tamen ad pietatem spectat propicius esto domine pater ipse cum prius consuluisset deinde uoluisset siccine fuit?an & anteq̃ consuduisse?Oportet enim qui de uerbo talia presumunt talia & ipsos audire:ut suam eiusmodi petulantiam ad ipsum quoq; patrem preuenire cognoscant:Quando igitur semel de uoluntate cõsultarũt si & ipsum esse dixerint uoluntate quid erat anteq̃ uellet? aut quid plus habuit postquam uoluit:ut uos dicitis:Quod si absurda est eiusmodi interrogationeq; consistere potest:neq; omnino fas est talia dicere:Sufficit enim cum audimus de deo scire nos & intelligere ipsum esse qui est: Quomodo igitur non absurdum fuerit de uerbo quoq; dei talia cogitare? & propositum & uoluntatem premitteř Sufficit enim etiam cum audimus de uerbo scire uos & intelligere deum qui uoluntate non est:non uoluntate suum uerbum habere sed natura Quomodo non omnem insaniam exuperat tantummodo etiam cogitare ut consulat ut consideret ut elligat deus ut sibi ipsi uelle persuadeat/ne non irrationaliis & insipiens sit sed rationem sapientiamq; contineat:Nam de se ipso considerare uidetur qui de proprietate sue ipsius substantię cõsulit.Cum igitur magna sit in eiusmodi sẽsu blasphemia:prę dicẽtur.ea que facta sunt beneplacito:& uoluntate facta esse filium uero non esse opificium uoluntatis accessarium sicut creatura sed naturaliter propriam substãtię generationem.Et enim cũ proprium sit patris uerbũ non sinit uoluntatem aliquam pre se considerari qui uiuens patris est ipse consilium & uirtus & opifex eorum quę patri placuerint:Et hęc ipse de se dicit in prouerbis meum consilium & securitas mea prudentia & mea fortitudo : Sic enim ipse cum sit prudentia inqua cęlos fecit & fortitudo & motus chritus enim dei uirtus est.& dei sapientia nunc prosequens dixit mea prudentia & mea fortitudo cum dicat.meum consilium sicut a propheta didicimus quia ipse magni consili angelus est.& uoluntas patris ipse uocatus est:Sic enim redarguendi sũt qui humana de deo cogitant:Ergo si facture uoluntate ac bene placito subsistunt & omnis creatura uoluntate facta est:exceptus hic est abeis quę facta sunt:& ipse potius est uiuens patris consilium in quo hęc omnia facta sunt.in quo & sanctus dauid gratias agens dicebat psalmo septuagesimo secundo tenuisti manum dexsrã meam:& in consilio tuo duxisti me:Quomodo igitur uerbum cum sit patris cõsilium & uoluntas põt ipsum proposito & uoluntate gigni.Preterq̃ si ut attedixi malesani denuo dicant ipsum per se ipsum uel per alterum aliquod genitum esse : quid igitur per quod genitum est: Fingant alterum uerbum & ualentinum imitati christum alterum nominent Non enim scriptum est sed si etiam cõmenti fuerint illud deniq; per quod genitum est & ita deinceps recogitãtibus nobis ac discutientibus ueritatem multiceps sacrilegorum hęresis in deoq; multiplicitatẽ infinitũq; furrorẽ labi reperitur ubi cũ filiũ creaturã ex nihilo esse uelint eadem alio mõ significant ppositũ & uoluntatẽ premittentes q̃ rationabiliter

in his prorsus consistunt quę facta sunt. & creata quomodo igitur non impium fuerit ea quę sunt operum transferre in opificem?uel quomõ nos blasphemat. qui uoluntatem in patre priusq̃ uerbũ fuisse dicit:Nam si pręcedit in patre uolũtas haud uere filius dicit ego in patre aut si etiam ipe in patre est.secundus tamen putabitur:ut ipsum dicere non dicere non decrat ego in patre cum uoluntas priusq̃ ipe sit inqua facta sunt omnia inqua & ipe subsistit ut uultis:Nam etiam si gloria differt nihilominus ex his est,quę uolũtate facta sunt:Quod si ita est quomõ ut in superioribus dixi hic dominatur illa seruiunt?& quonam mõ hic dominus erit ꝙ sit cum dominatione patris unitus?et creatura omnino serua ꝙ sit apatris unitate separata?quę cum aliquando non esset postea facta fuerit:Sed eos decebat cum filium uoluntate dicerent prudentia quoq; factum dicere:Ego enim prudẽtiam et uoluntatem idem esse:arbitror: Nam quod quisq; uult.hoc prouidet & quod prouidet hoc et uult:Ipe igitur saluator hęc ueluti germana simul cõnexuit dicens:Meum consilium & securitas idem est Vna enim utriulq; uis est.sic idẽ est dicere prudentiam et uoluntatem quę dñs est impii uero nolunt filiũ uerbũ esse consilium q; uiuens:Sed in deo prudentiam et uoluntatem & sapientiã quasi accidentem contingentemq; hitum esse.non aliter q̃ in homine fabulantur & omnia mouent:Et ualentini opinionem uoluntatem q; pręmittunt modo filiũ a pr̃e disiungant nec ipsum fateantur proprium patris uerbum:sed creatutam esse: Audiant igitur illi quod simon magus audiuit impietas ualentini nobis cum sit inproditionem:Et omnes salamoni potius credant.qui uerbum ipsum sapientiã & prudentiam esse dicit Deus enim inquit sapientia fundauit terram:prepauit ãt cęlos in prudentia:Eodem modo in psalmis uerbo domini cęli fi mati sunt: Sic omnia quęcunq; uoluit.fecit:Et apostolus thessalonicensibus scribit uolũtas dĩ in christo iesu est:Filius ergo dei uerbum ipe est & sapientia ipe prudentia consiliumq; uiuens.et in ipo patris est uoluntas ipe ueritas & lumen et uirtus patris ẽ Q d' si uoluntas dei sapientia est atq; prudentia Filius autem est sapientia unde ne qui filium uoluntate dicit.simile dicat sapientiam in sapientia genitam esse. & filium in filio factum.et per uerbum uerbum creatum. Hoc & deo repugnat et scripturis eius aduersatur:Nam et apostolus filium non uoluntatis:sed ipsius paterne substantiæ splendorem proprium & characterem predicat dicens qui cum sit splendor & character substantię ipius.Si uero ut ante dixi non uoluntate est. sed paterna substantia & hipostasis nec paterne uidelicet substãtie proprietas uoluntate fuerit:Qualis cunq; enim et quocunq; mõ fuerit beata illa hypostasis talem et eodem modo eẽe oportet propriam ex ipsa generationem:Et ipse igitur pater non dixit hic est uoluntati mea genitus filius nec quem habui quia mihi complacuit filium:sed simpliciter filius meus.& ĩ quo potius mihi bone complacui: his uerbis ostendens hunc natura filium esse:in iplo enim eorum uoluntas.quę mihi placent:reposita est.Numquid igitur quia natura est.et non uoluntate filiꝰ uolentis inuiti q; patris filius est?Minime quidem sed uolentis Et ut ipse dicit pater filium dilligit:& omnia ostendit ei Vt enim bonus esse.uoluntate non cępit: nec tamen inuitæ et pręter sententia bonus est.Quod .n.ẽ hoc & uoluntariũ ipsi est ita & filium esse etiam si uoluntate non cępit hoc tamen ipsi nec in uita ẽ nec prӕter sententiam:Sicut enim substantiæ suæ uoluntarius ẽ ita & filius proprius qui substantiæ ipsius est ipi non inuito ẽ.Velit igitur & diligat filium pater & qs q;quod deus uelit non quod nolit pie consideret.Nam filius est uoluntate:Vult enim ipsum pater hac et ipse amat diligit et obseruat patrem Et una ex patre uolũtas ẽ.i filio ut ex hoc spectari possit filius in patre et pater in filio:Nemo tamen secundum ualentinum.pręcedentem uoluntatẽ supinducat:Nec quisq̃ occasiõe uoluntatis medium se trudat.inter solum patrem solumq; uerbum insaniret eni

ſiquis uoluntatem & conſiderationem inter patrem & filium ſtatueret. Aliud eſt enim dicere. uoluntate genitus eſt & aliud amat & uult enim qui ſuus ipſius eſt natura filius Nam dicere genitus eſt uoluntate primo quidem hunc aliquando non fuiſſe ſignificat: Deinde in utrãq; partem ut dictum eſt inclinationem habet ut intelligi poſſit quod pater potuit ẽt nolle filium De filio aũt dicere ꝙ potuit non eſſe nefaria eſt audacia & quę in patris ſubſtantiã pręueniat Siquidem proprium ipſius diceretur potuiſſe patrem non eſſe bonum tuus eſt. Illud aũt pater uult filium & uerbũ uult patrem non uoluntatẽ precedentem ſed ꝙ ſuum eſt naturę demonſtrat & ſubſtantię propietarem ſimilitudinẽq; ſignificat: Ac uelun ď ſplendore diceretur: & luce quia ſplendor precedentem non habet in luce uolũtatem eſt aut naturaliter lucis generatio quem ipſa uult tamenſi eum non inconſideratione uoluntatis ſed naturaliter & ꝓprie generet: Ita de patre & filio rectę quis dixerit quia pater filium amat & uult. & filius amat. & uult patrem filius ergo non uoluntatis dicatur opiſicium nec ualentini ſuperinducatur eccleſię: ſʒ conſilium uiuens & uere naturalis generatio dicatur uelut ſplendor lucis: Sic. n. & pater dixit eructauit cor meũ uerbum bonum & filius conſequenter ego in patre & pater in me: Si uerbũ eſt in corde . ubi conſiliũ: & ſi filius in patre ubi uoluntas. Et ſi ipſe conſilium eſt quomõ in conſilio conſilium: Abſurdum eſt. n. ue ut ſępe dictum eſt. & in uerbo uerbum & in filio filius & in ſapĩa ſapĩa ſit. Nam filius eſt oĩa patris & nihil in patre priuſq̃ uerbum. Sed in uerbo eſt ẽt uoluntas & per ipſum quę uoluntatis in opus rediguntur: quemadmodum diuinę ſcripture docuerunt. Vellem igitur ut impii qui a deo in temeritate ꝑcipitarunt quiq; de uoluntate conſiderant: Nunc non mulieres ſuas puerperas. ſicut antea interogabant habebas ne filiũ priuſq̃ gigneres. ſed patres interrogarent: utrum uolentes efficimini patres: ſecundum uoluntatis noſtrę naturm. an naturę ſubſtantieq; ueſtre ſimiles ſunt filii ut uel a parentibus confunderentur a quibus uoluntatẽ generationis repoſcerent: & cogninonem habere ſperat unt: Siquidẽ ipſis reſponderent: quos generamus non uoluntatis: ſed noſtri ſimiles ſunt nec conſulrantes efficimur parentes: ſed naturę propriũ eſt generare Nam & nos filioꝝ ſimilitudines ſumus: Aut igitur ſe ipſos condemnent: & mulieres de filio dei intereogare deſinant: aut ab ipſis quoq; diſcãt. non uoluntate generari filiũ: ſed natura & ꝓprietate: Argumentũ de hominibus ſumptum conueniens iſtis & congruũ quando quidem humana de diuinitate male ſani diſputant: Quod igitur adhuc inſãiut impugnatores chriſti Nam & hoc ipſorũ ꝓblema demõſtratum eſt cuiuſmodi & alia & probatum eſt nihil niſi ſomniũ eſſe atq; cõmentum Quocirca intuentes aliquando ſero licet quantũ inſanię precipitium in currerint moniti a nobis de laqueo diaboli exire ac refugere deberent: Benigna. n. ueritas q̃ ubiq; clamat Etſi mihi non creditis qr corpore ueſtitus ſum operibus credite ut cognoſcatis quia ego in patre & pater in me & ego & pater unum ſumus & q uidet me uidet & patrem: Sed dominus ut conſueuit homines diligit: Et quemadmodũ laus dicit dauid omnes erigi qui alliſi ſunt: impiis uero cũ domini uocẽ audire nolint: nec chriſtum uidere ſuſtineant quẽ omnes deum & dei filiũ confitentur: Circueunt miſeri ueluti ſcabrones cũ patre ſuo diabolo: quętentes impietatis occaſiones: Quas igitur poſthac denuo uel unde reperrire poterunt. niſi a iudęis & a caĩpha mutuauerint blaſphemias & a gentilibꝰ impietatẽ ſumpſerint Nam iſtis occluſę ſunt diuinę ſcripturę ex quibus inſani undiq; redarguuntur et impugnatores chriſti.

est filius creatura non fuit. si creatura est sempiternus non fuit: ar. non enim hęc ego ex auctoritate propria dico: filius dixit. quod ipm deus primũ oium creauit. Ath. tibi ne soli reuellatũ est. an & aliis hoc de dei filio misteriũ. Ar. nõ omniũ fides est uerũ tñ non mihi soli cognita: sed et aliis multis. ath. unde uobis reuellata ẽ: ex deo an ex hominibus? Ar. ex deo: Ath. audistin tute ipe an alii de hoc tibi narrarunt? Ar non mihi narrarũt sed sancti i spũ di loquentes multi dixerũt creatum esse filiũ. Ath. qui nã isti sũt: non ne et nos cognoscere possum⁹. Ar. nosti et ipe q̄ et prophete et apostoli multis in locis filiũ creaturã esse loquuntur. Ath. audiui te modo asserentem quod filius dixisset: nũc ad apostolos et ꝓpheras transisti uerũ tñ declara quisnã propheta de hoc talia dixerit: Ar. et nunc assero deum per sanctos prophetas et apostolos dicere sicut. et per salomonẽ ait dñus creauit me in initio uiarum suarũ ad opera eius. Vides quod ante omnia creauit eum dñs propter opera quę ipsius gratia fut ura erant. Ath. Ergo creaturarũ occasio pro sententia tua creandi filii causa fuit? Ar. ita est inquit. Ath. nomquid igitur deo preciosiora sunt quę creãtur ab eo: quomodo fieri potest? Nã si ille ut tu sentis pp hęc factus est: et non pp hunc illa: in mirum hęc preciosiora sunt illo. Sed absit ut hęc sentiamus nos nã pp filiũ oia sicuti scriptũ est Dicebat. n. apostolus inquit pp quem et p quem oia multos filios in gloriã ducẽtem principẽ salutis eorum p passiones perficer̃. Ar. mihi ignosce qui dixeri ꝓpter oia cratũ esse filium. ante oia tñ creatus est: Ath. quis ante oia opera creatus ẽ? Ar. filius ꝓpterea et primo genitus scriptus. Ath. siquis satanam adoraret benefaceret nec ne? Ar. at impius et sacrilegus est iste nec humanę quidẽ mentis compos quem fas est ñ hominem dicere: sed extra hominẽ. Ath. deus iob respondens sic de satana loquitur: hoc est principium figmenti domini factum ut illudatur ab angelis meis: tu igitur primã facturã: adorans satanã adorans quemadmodũ ratio monstrauit: Q d' si cauillari uolueris ut satanas factura sit filii prima antiquiorẽ igitur illum spiritu sancto dicis: Sic. n. difinisti filiũ quidẽ adeo creatũ spũm uero a filio genitum cõfirmasti. Ar. ueritas me non tu circũscribis sed tñ quãdo tu me huc deduxisti et ego te multis circũcludã testimoniis quę filiũ asserũt creaturã esse. Ath. ꝑme de thesauro quę reposita sunt a patre tuo. Ar. Pater meus est quem adoro deus attamen de hoc mihi respõde dñs creauit me: Vbi dominus fatetur se ipm a patre suo creatũ esse. Ath. dictũ hoc aliã spirtualẽ reconditã hẽt & thesaurũ inclusum possidet. Ar. non in uerbis solũ statuo salomonis uocẽ neq̧. n. nescius sum sed scio spiritualem sensũ a doctis contemplari: Quare & ego doctrinæ ñ exps ita dico dominus creauit me hoc quidẽ secundũ uerba esse. habere aũt interius uim maiorem quam ego uideo: tu non intelligens ignorãtia uictus tergiuersaris. Mali est autem hominis inuidere melioribus: Quæ igitur sentis dic et mihi absq̧ inuidia. Sic enim tibi pulchr⁹ uideri ostendis. Nam dominus creauit me pro me genuit a ꝑncipio. Ath. Si ergo genitus est filius profecto non creatus si uero creatus ñ genitus. Ar. tu uim istã non intelligis. ath. Ne te pigeat obsecro sustinere me donec intellexero. Ar. ne corporalis affectus cogitaretur creauit. me dominus dixit in deo igitur creare idem est ac generare. Ath. ergo si creare in deo idem est ac generare: omnia a deo creata generata sunt. Si uero hęc ita sunt ergo secundum te omnium frater est dominus quę propter ipsum facta sunt. ubi ergo genitus dei? Ar. unigenitus pro electo quodam & excellenti & maximo ponitur. Ath. Non ne uidetur tibi cęlum maximum esse? Ar. et ualde quidem. Ath. ergo filius est ut ipe uis terra & aqua filiæ. Ar. nequaq̃ unum enim deus fecit solum filium. Ath. Videntur ne tibi omnia eodem fine generationis unigenita esse an non? ar. est ita sane. ath. ergo si filius ut reliqua opera factus est. quomodo dei filius est. ar. obsecro te tu quomodo intelligis dominus creauit me. ath. tibi non responderem

ne dubita: sed propter eos qui audiunt dicam solomon iustus cũ esset & sapiẽtia
plenus habitus est dignus cui prefiguraret edificium templi hoc est corporis do
mini iesu: quemadmodum ipse dominus iudeis dixit: Soluite templũ hoc & tri
duo excitabo illud hoc autem dicebat de templo corporis sui ut ait ioannes: Sed
tamen & solomon de his ipsis rebus planius dixit ita distinguens: Sapientia edi
ficauit sibi domum & sustentauit septem columnis Immolauit uictimas suas &
temperauit in cratere suo uinũ & preparauit mensã suam Misit seruos suos cõ
uocans alta uoce ad craterẽ dicens qui demens est. declinet ad me & mente ca p
tis dixit. Venite comedite panem meũ & bibite uinũ quod temperaui uobis reli
quite dementiã ut uiuatis Conuenienter sapientia deus uerbũ est qui cum diues
esset propter ineffabilem suam & patris humanitatem factus est pauper ut nos pa
upertate sua diuites efficeremur qui cũ in forma dei esset informa serui factus: &
cum equalis esset patri suo tanq̃ seruus est conseruus nobiscum uersatus: perfe
ctus in diuinitate perfectus in humanitate: hic ergo uerbum & deus sapientia &
uirtus paterna incorpore sicuti deus & pater eius propter nostrã salutem corpꝰ
creauit in uentre marie matris dei sine uiri cõmixtione & homo ut dixi factus est
& se ipsum totius uirtutis fecit exemplar ut qui sequi uolunt quasi perfectã di
uinitatis speculũ habeãt ad quod ipsi se formantes diuine nature participes fiãt
sicut uas electionis ait Imitatores mei estote sicut & ego christi Post passionem
igitur suam & resurrectionem: sapia uirtus uerbũ & deus apostolos ad amentes
omnes misit gentiles uidelicet imprudentes: qui deum non nouerat mensam pro
pones hoc est altare sanctum & in eo panem celestem & incorruptibilẽ sacrum
& uenerabile corpus suum donãs omnibus uitã qui pticipes eius fiunt: & uinũ
quod cor letificat & sobrietatem cuiusq; anime ingenerat: qui ex eo liberauit: sic
ad craterem mixto sãguine suo uocatos & electos inuitauit per apostolos suos :
Et qui uocem ipsius audiunt amentiam omnẽ deserentes eos regni celorũ ciues
declarat. Ar. quoniam dictũ hic dominus creauit me ad corpus pulcre deduxi
sti: & ego tecum per testimoniũ scriptum paciscor. Et tu igitur ad ueritatem per
ge: Neq; aliter feceris. ath. quid uis faciã Paciscor & ego quod ueritati amicũ est
. Ar: Testimonium peribebo tibi quod aliter interpretari non poteris: Planũ ẽ. n.
qđ de uerbi substantia loquitur q uoniã a patre factum est: Ath. Si mihi a diuinis
scripturis testimonium exhibueris de his confirmare non dissimulo id mõ caueas
ne uos pro uestra uoluntate nuper scripseritis & ego dicta uestra non patiar. Ar.
ne aduersum nos dixeris q̃ i qui deũ non uereamur apostoli uox est quã me obi
cere dixi: ath. loquere ex ea. Ar. Illustrissimus apostolorum petrus cum testimoniũ
de eo ferret qui prepositus erat israel sic ait. Firmiter ergo cognoscat. omnis do
mus israel q ipsum & dominum & christum deus fecit. Nũquid hanc nos uocem
simulauimus? Ath. non simulastis uos. sed dissimulastis Ar. te ipsũ uidisti circũ
scriptum & ad contumeliam uersus es quin age siquid ad hec potes uel te ipsum
ueritati dede ath. lege sententiam totã Ar. Firmiter ergo cognoscat omnis domꝰ
israel q ipsum & dominum & christum deus fecit. Ath. ne precideris uerba scri
pte Nam & corpus si quemadmodũ ab initio formatum est manserit formosum
est. Si uero absq; membro fuerit manu uidelicet uel pede uel digitis de forme ostẽ
ditur. Dic ergo scripturarum ea etiã que sequuntur. ar. hoc est iesũ quẽ uos cruci
fixistis. ath. Quis crucifixus est: deus uerbum an corpus: quod deus uerbum ex
maria uirgine sumpsit? Ar. Tu ne uerbum non fateris crucifixũ esse: ath. Ego
deum uerbum fateor hominem factum crucifixum esse carne. Ar. Quid est car
ne: non ne filius dei passus est. Ath. tu qđ sentis primum dicito. Ar. etiã si tu non
dixeris ego dicam deus uerbum una cum carne crucifixus est passus est. Ath. p
similitudinem representare oportet demonstrationem an uerbum & deus passus

fuerit: Ar. Dic quid uelis. ath. cruci ne unq̄ affixū quępiā uidisti. Ar. Quid ni. Ath. nūqd igit̄ dōec ī cruce corpus detineť clauis detinetur & aīa: ut quę a corpore nō possit secedere Ar. secedit quoniā spūs est anima. Ath. Secedit. u3. quia nō detinetur in cruce: hoc ē ligno et clauis & ita res habet. Nam dum corpus detineť anima quę libera est atq3 soluta relicto corpore in locū suū pficiscitur. Ar. Et hoc quidē ita est. Ath. Si in homine noxio cōcedis nō pati aīam in corporis pāti supplicio: Quomodo uerbū et deū dicis una cum corpore passū. Ar. concedať deus uerbum simul cū corpore passum non esse. Ath. ergo apostolus uerbum affirmaut quia neminē p ignorantia perire uolebat Nā cū filii israel eū qui secundū nos christus est hominē esse putarent testimonio significauit quia electus est iste dei et ait tametsi uos eum tanq̄ hominem iustum crucifixeritis hūc ne ignoraretis q eum christū & dominū deus fecit: En ergo christus & dominus a deo factus est: ath. Deus uerbū dei filius ante passionē dominus erat. an nō? Ar. ita ē: dōinus erat ath. petrus ait quē iudi crucifixerūt. hūc factum esse dominū. Ar. Quid hoc est crucifixerunt christū dominū factum. Scire uellem quid dicas. ath. Deus uerbū dominus est omniū qui semp dominus est: Postq̄ āt subacta peccato carne carnē assumpsit ut scriptū est: Et uerbum caro factū est. Carnē aūt dico hominem pfectum quales et nos sumus id solum qđ homies sumus Nam ipse absq3 peccato factus est homo hunc igitur christū & dominum deus fecit hominē de semie dauid subiciones ei principatus & potestates & dominatiōes & homines & angelos: & ut summatim dicā oium. quę subiecta sunt ei christus et dominus factus est christus propter effusionem spiritus sācti quę in eum cęlitus instar olei facta ē. dn̄s quia regē omniū potestatē accepit. Ar. Seorsum igitur filius & dominus ē. uerbū et deus et seorsum homo. ath. nequaq̄. Ar. age igitur quomodo deum uerbū: dominum dicis et tēplum ipsius hoc ē hominē dominum: ego uero duos dominos esse existimo. ath. duo nō sunt absit: hoc unus ē enim dei filius qui pro nobis hō fact9 ē. Dic age nūqd rex terrestris seorsū hō r̄gnat seorsū purpura ei9. Ar. q fieri pōt. ut et hō per se regnet et purpura eius priuatim imperet. at tamen uideo quid afferre uellis exemplo. Ath. Si ergo absurdum ē. duos dicere reges de rege uno & homine dico et purpura quomodo procedit aliud uerbi ac dei regnum diceř aliud sanctę et uerecundę carnis quasi purpureę uestis imperium proficeri? Quae regis uerbi dei uestis facta ē: uerum tamen & apostolus paulus potestatis unitatem quam humanitas simul cum corpore habet. plane significat. cum dicit quoq3 patres et ex quibus christus secundū carnē qui est sup omnia deus in sęcula amē Ar. uides ne quia & deum super omnia deum dicit hominem. Ath. paulus non timuit neq3 ego timeo quoniam dei dispositionem ex parte uideo. Ar. quam ne dispositionē? Ath. ut homo fiat qui super omnia est d̄us Ar. ut homo fiat uerbū confiteor et ego: ut autem deus super omnia sit qui crucifixus est dicere uereor. ath. audi & admirare uehementius quia et deum super omnia confiteor. nec deum q est semper considerari posse alterum ab eo qui factus est homo et pro nobis crucifixus. Ar. ubi nam hoc scriptum est longe magis admirandum. Ath. apud hieremiam prophetam ait enim hic deus noster non considerabitur alter ab ipso inuenit omnem uiam scientiæ et dedit ipsam iacob filio suo & israel dilecto suo. Post hęc in terra uisus est & cum hominibus uersatus est ergo qui uisus est deus fuit et hic est a quo non aliter considerabitur deus an non ita est? Ar. pro uerbis prophetæ ipse est deus. Nefas. n. ē de patre dicere quia uisus fuerit uel quia hō factus cum hominibus habitauerit cū res manifesta sit deum uerbum factum esse hominem. Ath Non ne igitur filius unus qui est ante omnia sęcula cū patre suo cū deus esset inuisibilis homo factus est uisibilis. Ar. Quod unus sit deus filius cōuenit non est tñ cum patre infinitus. Ath. ac non cū patre & spiritu sācto sapia est

& uirtus? ar. ita quidē. Ath. unus igitur filius dei qui est inuisibilis & uisus in cor
poreus & corpore unitus. Immortalis & mortem carnis expertus impalpabilis
& palpatus. Ar. consentio quę dixisti. Ath. hic ergo pp uerbi & carnis connexio
nem dominus & deus est: neq; diuisim. Et proprietates quidē dicuntur sed filius
dei iesus christus uerbum & deus unus est. Ar. quod de incarnatione dicis recte
mihi quidē ostendi uidetur: Attamen uerus deus non est filius sicuti pater. Ath.
unde hoc sumptum ad nos detulisti? Ar. Nunq̄ ne legisti euangelium quomodo ad
patrem suū dn̄s dicit hęc est uita eterna ut cognoscāt te solum uerum deum &
quem misisti iesum christum. Vides qr patrem solū uerum deum dixit q̄i qui ue
rus deus non sit ipse: Ath hęc est uerborū coniunctio predictorum atq; sequentiū
quę disiunctionem non facit & constanter apud oēs per bene sentiunt id ēt cōiū
ctum esse conuenit qd' a domino dicitur: Verum tamen patienter audi quod di
co Si quis amicum admoneat, de constantino loquens in hunc modum si: mitter
tene solum augustum terrę marisq; principem imperatorem cōstantinum & cō
stantium filium eius: Nunquid non complexus est, cum patre filium. Ar. non me
diocre periculū est dicere non cū patre suo constantino regnare constantium ex
quo hic illi subiunctus est. Ath. de constantino quidem & constantio uides peri
culū ingens: ad de christo iesu & patre eius non uereris talia loqui hanc te opor
tet in dominum habere pietatem quam & in constantinum habes nec a filio ei'
constantino remoues non ipsum uidelicet augustum non oīa quę de patre eius
pauloante dicta sunt. dignitatis unitaté non aliunde q̄ ab ipso dignoscés. Ar. de
clinasti ad syllogismos. da mihi demonstrationé scriptam si deus uerus est filius
sicut & ego tibi euangelicam uocé adduxi. Ath. audi scriptam quoq; de hoc de
monstrationé: nec deceptus fueris Ioānes apostolus sic ait: Et scimus quia filius
dei uenit & dedit nobis intelligentiam ut cognoscamus uerum deū & simus in ue
ro filio eius iesu christo hic est uerus deus & uita ęterna: Vides quia de filio uo
ces ęadem ac de patre feruntur ęqualem patri filium docentes? sicut .n. de patre
dixit hęc est uita ęterna ut cognoscant te solum uerum deum ita & hic de filio
dicit hic est uerus deus & uita ęterna hoc ē igitur & quem misisti iesum christū
ut cognoscant filium tuum uerum deum quemadmodum & te patrem. Item &
alibi hoc dixit dominus ego sum ueritas: Veritas autem nunq̄ mendacium fiet:
Ar. Consentio & ego quia uerus est deus dei filius: Nunquid ēt dicere potes simul
deus simul filius. Ath. Quod aīas simul deus simul filius? an qa filius simul filius
dei est? Deus .n. uerbum deus est qui patris est filius. Ar. Non ita dico sed qa di
cere non potes simul deus pater simul cum patre filius. Ath. quamobrem hoc dice
re non possum? Ar. quia deus pater ingenitus est filius āt genitus. ath. hęc uox in
genitus de deo solum dicitur an & de aliis quibusdam? ar. absit ut aliud quippiā
ingenitum dicam Nam quod ingenitum est: hoc & principio caret: ath. hęc uox
non genitus substantia ne est. an substantię significatiua? ar. substantia est. ath.
Falleris non est substantia sed substantię significatiua. Ar. Nam quid significare
uult. Ath. quia nec facta est. nec genita dei substantia unde substantiam dei com
mode ingenitam dicimus. interea dic mihi adam genitus est an non. Ar. non ge
nitus est sed formatus: Ath. genitus non creatus ne esset interrogaui: Ar non ge
nitus ē. Ar. ergo secundū te principio carebit sed & eua non genita est. uerū crea
ta: sed quid ais de eo qui nec dum genitus est genitum ne an non genitum? Ar re
cte non genitus nuncupatur Quocirca pater quidem non genitus erit filius ue
ro genitus. Ath. quid igitur ex hoc inducere uis? Ar. filius genitus ne est an non
ath. genitus est. ar. Vides quia priusq̄ gigneretur non erat? Quod si erat ut tu
uis ingenitus erit: Si uero hoc ita est filius genitus negabitur. ath. deus est ne pa
ter simul an non? ar. perennis quidem semper est pater actu uero non semper.

Ath. nunquid potentia apud deū mundus ab æterno fuit an nō? Ar. ita est. Ath.
ergo sicuti mundū uoluntate fabricauit deus ita et filiū pro sententia tua genuit
Ar. non sicuti mūdū: meministi. n. eorū quę ante concessa sunt: Sed ante sęcula
dico uoluntate habuisse filiū breue āt generationis filii concedo interuallū ut ge
nitus sit. Ath. Deo pulchrū ne ē. ut pater sit an turpe? Ar absit ut turpitudo ānoc
tatur deo: se omnino pulchrum ē ipm esse patrē. Ath. ergo deus pro uerbis tuis a
deterioribus ad meliora ꝓcessit Nā si ꝯ pater nō esset postea factus ē pater ergo a
minoribus ad maiora conuertitur. Sin aūt dixeris ipm anteq̄ pater esset meliorē
fuisse ergo a melioribus ad peiora pręuenit. Q̄d' si ita est quomō īmutabilē di
cemus diuinitatē perse pfectā nec ad meliora ꝓgredi nec rursū a melioribus ī pe
iora desinere: Corruptibiliū. n. ꝓpriū ē nūc a melioribꝰ ad deteriora nūc ab īferio
ribus ad pstantiora mutari: Ar. ictū oculi dare nō ius quo filius priusq̄ gigneretē
nō fuerit. Ath. nō do quod non est. Ar. quamobrē? Ath. quia scriptū est non erit
inte deus recens: breue aūt si dedero tpus in quo aliquando non fuerit recēs erit
qui a me concedetur: Quod absit ut ita sentiat. christianus hō ea cōcedēs quę di
uinis scripturis contraria sūt. Ar. Quę nam contrarietas si dixerimus ictū oculi
priusq̄ gigneretur fuisse: non ne genitū intelligamus. Ath. ualde mihi quidē hoc
uidetur aduersari diuinarū rerū cultui: quę ubiq̄ testantur filiū dei semp fuisse:
nec unq̄ tempus ullū ubi non fuerit: An non tibi uidetur si hoc dixerimus cotra
ria sentire scripturis diuinitus infusis? Ar. da mihi testimonia. Ath. audi ioannē
qui dicit imprincipio erat uerbū & uerbū erat apud deū. & deus erat uerbū. hoc
erat imprincipio apud deum. Quis sanctorū prophetarum & apostolorum talia
tecum dixit? Dic mihi an & mente concipi potest tempus aliquando fuisse īquo
uerbū non fuerit? Quod si ita cogitaretur tempus quandoq; fuisset ꝯ deus pater
uerbo caruisset. Ar. filiū igitur dicis ꝓnunciabile uerbū: ath. nequaq̄: uerbū. n.
substantiale dico et non uerbū quod dissoluitur: nec. uꝫ. quod ex patre ꝓcessetit
& in patre denuo resolutū fuerit iuxta sabelliū: sed ineffabiliter genitū dico filiū
cum patre consistere. Nam uti animā sine uerbo cogitare nō licet: ita nec deū pa
trem sine filio credere. Sic. n. pater principio caret ita & filius uerbū: & deus dei
filius. Ar. quomodo principio caret filius? qui se ignorare dicit consumatiōis di
em? Ath. Dic homo mihi quod interrogo architectus sumpto calamo mēsuras po
nit. Cęnacula deinde supiora et inferiora describit gemina dico & tergemina tec
ta: Si primū transegerit tectū cognoscit quia in sermo occupari debet: Ubi uero
secundum tectum condiderit ædificii consumationē haud ꝓcul esse intelligit: sꝫ
cum in eo erit ut terniū tectum attollat ꝓ ut habitacula duo uel tria fuerint ꝓcul
dubio finem operis adesse cognoscit: Hęccine ita sunt an non? Ar. Consentio ita
esse. ath. Ergo filius dei qui omnia ex nihilo fecit: qui hoc aptauit elementum q
mundum ꝓuidet et ędificat usq; ad perfectionem sicut et ipe dn̄s ait pater meus
usq; ad perfectionem operatur & ego operor: hic non cognoscit quando finitur
opus quod ipe fabricat? Quin ēt fac inquam piculum. Age de perfectione mēsis
interroga ex imperito homine qui mensem triginta dierum ignorat nunqd tibi d
quo quęsieris respondebit ꝙ si pito quęstionē proposueris ꝯtinuo tibi dicet mē
sis illius si quintus decimus agetur dies dimidium esse: si uigesimus octauus finē
instare. pari ratione de luna nec non & de anno si doctū uirū interroges scia quā
tenet expertus quia undecimo pfecto mēse duodecimus incepit annū dicet non ꝓ
culesse quin pficiatur. Ar. Est ita ut dicis. Ath. Si ergo architectus scit quando p
ficitur ędificium & uir doctus ex numero quando finitur mensis & ex peritia or
bicularis cursus quando luna completur tum ēt quando decrescens finitur quo
deinde tempore plenus conficitur annus quonam mō nos dominum iseum qui
mundum fecit: et eum consumaturus est: diem ignorare dixerimus? Si. n. ignorare

quomodo interrogatus de consumatione sęculi huius & secundo ipsius aduētu
ueritatem respondendo dicere potuisset? Eorum enim qui rerum sciam quę sunt
queq; geruntur non obscure tenent proprium est ueritatem exponere. Quo cir
ca saluator cum & ipse cognosceret ueritatem interrogatus significauit. Nam cū
discipuli interrogarent quod nam signum aduentus domini iesu & consumatio
nis sęculi huius respondens ita dixit: Videte nequis uos seducat multi enim i no
mine meo uenient dicentes ego sum christus & multos seducent: Audituri autē
estis bella & opiniones bellorum Videte ne turbemini Oportet enim hęc fieri:
sed nondū finis surget .n. gens contra gentem regnum contra regnum & erunt
fames pestilentię & teremotus per loca hęc autem omnia initium dolorum. Tūc
uos tradent in tribulationes & interficient uos & eritis odio omnibus gentibus
propter nomen meum & tunc scandelizabuntur multi & inuicem tradent & odi
o habebunt ad inuicem & multi pseudo prophete consurgent. & seducent mul
tos & quia multiplicabitur peccatum refrigescet caritas multorum qui autem p
seuerauerit usq; in finem hic saluus erit. & predicabitur euangelium regni in to
to mondo Et paulopost dicit. Erit tribulatio magna qualis non fuit a principio
mundi usq; nunc: nec quidem erit: & nisi a breuiati essent dies illi non saluaretē
omnis caro. Tunc si quis uobis dixerit Ecce hic christus ecce illic ne crēdideritis
& reliqua deinde Nam sicuti fulgur exit ab oriente & apparet usq; ad occasum
sic erit aduentus filii hominis: Vbicunq; autem fuerit corpus ibi congregabun
tur & aquilę Statim: post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur: & lu
na non dabit lumen suum & stellę cęli cadent & uirtutes celorum commouebū
tur & tunc apparebit signum filii hominis in cęlo & paulo post dicit amen dico
uobis nō preteribit generatio hęc donec hec omnia fiāt. Cęlum & tera transibūt
uerba autem mea non preteribunt De die autem & hora nemo nouit ne q; angeli
cęlorum nisi pater solus: Ergo eorum omnino est qui bene sentiunt ex his quę a
saluatote presignata sunt de die & hora precipere quia p robe nouit quando uē
turus est: ut omnia pro inseperabili patris sui uoluntate constituat sicuti presini
tum est: Nam euangelium manibus summę & de quo est quęstio lege mathei p
gressū & omnia tibi dilucida erunt quia de die non ignorat dominus Quod si i
gnoraret quomo signa & pericula diem precurrentia quę nec dum sunt. neq; fu
erunt predicere potuisset? Nam usq; ad consumationem & aduentum suū signa
& qualitates eorum premonstrauit ut studiosi homines & industrii tempus ex is
quę a domino premonita sunt cognoscete possunt. Ar. Si uere diem nouit. Cur
dixit ipse nec filius nouit die illum? Ath. non dixit dominus nec ego noui diem il
lum: consequens enim erat ut ita diceret dominus si quidem se ipsum ostendere
uellet quasi qui rei noticiam non haberet Et in mathęo quidem non dicitur quia
nec filius nouit diem illum. Reliqui aūt euangelistę huius rei narrationem pter
mittunt: Solus autem Marcus ait neq; filius nouit diem illum Et Marci narratio
nem animaduerte quia non ignorat dominus diem illum Dicit enim dominus ie
sus de die autem & hora illa nemo nouit neq; angeli cęlorum neq; filius nisi pa
ter: Cum enim se ipsum nihil a patre secundum substantiam distare. sed patri su
o diuinitate unitum esse cognosceret pręsciam suam in patris prescia consistere
significauit sicut ipse dominus ait Ego & pater unum sumus: & rursus omnia q̂
cunq; pater habet mea sunt non creatarum rerum causa hoc saluator dixit om
nia quecunq; pater habet mea sunt: sed quęcunq; diuinitati patris conuenerunt
hęc sua esse dominus dixit quale est immortale incorruptibile inuictum immuta
bile imcomprehensibile potens présciens & quęcunq; patris sunt hęc & filii p
pria sunt Ignorare autem ait ut modo dictum est angelos & filium. Ar. nunqd
alius est filius? Ath. unus quidem uerus est dei filius uerbum & deus. Est autem

alius quasi filius adoptatus per templũ corporis ipsius domini nostri iesu christi sicut ait diuinus apostolus. Non.n.accepimus spiritũ seruitutis iterũ in timorẽ sꝫ accepimus spũm adoptionis inquo clamamus abba pater. Plane ad apostolos dixit filioli mei adhuc modicũ uobiscũ sum & uado ad eũ qui me misit Ad iudeos autem in parabolis ita dixit hõ quidam cũ duos filios haberet accedens seniori dixit. uade operare in uineam meã hic respondens ait ego domine & nõ abiit. Deinde accedẽs alteri dixit. Vade operare in uineã meam hic ait non uolo postea uero penitentia ductus abiit Interrogat aũt dominus quis fecit uoluntatem patris eius Respondentes iudęi dixerunt ultimus filius. Conuenienter uero pater uniuersorum deus est uinea semitę iustitię inquibus senior ẽ filiũ operari iubebat hic paruo interuallo p̃cẽptũ posthabuit & p̃ceptorẽ contempsit. Est aut iudæorũ populus qui propter incredulitatẽ contemptor factus est adoptionis: Filius ãt iunior patris populus est ex gentibus: qui p̃ mina uocationis incredulitate rebellis idolatria detentus deĩde pęnitentia ductus & fidelis paterni pręcepti obseruator apparuit. Ex obedientia uero carus & hęres tanq̃ filius patris declaratus est. homini honore et gratia dignus a patre habitus. Pręterq̃ q̃ diei illius & horę consumationis dico: signa tantũmõ cœpit ne si ignorare prope finẽ adesse dies illa repẽte impatum offenderet. Ar. consentio recte hoc dictũ esse de die. Illud aũt filium patri unitum esse substantia non recte habere dico. Ath. Quoniam studiũ ẽ tibi nõ puum recta uituperandi quęq; inter pios recte conueniũt: Redde igitr rationẽ: quid ẽ substantia: Ar. omne quicq̃d ẽ. in subiecto id substãtia ẽ. Ath. recte dixisti: sed quando in presentiarũ de deo sermonẽ habemus: dic mihi quid ẽ. substãna dei ne forte a uulgo putemur de pecuniis uerba facere. Ar. quicq̃d deus ẽ. id substantia dei ẽ. Ath. recte dixisti: audi ergo. Ar. dic quid uelis. Ath. nosci quia deus sub specie infirmitatis nostre submissus per scripturas diuinitus infusas nos sæpe alloquitur humanius ac cęlestia & diuina mysteria ex his quæ pro habitu & essentia nostra dicta fuerint humana natura intelligere possit: Ar. ita ẽ quidem: Ath. Nõ ne igitur deus cũ ad filium suum per prophetã dicit ex utero ante luciferum genuite filii de paterna substãtia generationem significat? Vterũ ergo pater habet. ath. pręueniens dicebam tibi scripturas sanctas multotiens pp imbecillitatem nostrã sub humana specie diuinitatẽ enunciare non quia deus talis sit: sed ut nos corporeis exemplis res diuinas pie intelligamus. Nulla igitur ob aliã rem uterum nominat. Quod si ita non ẽ dic tu quonam mõ dictum hoc intelligi debeat. Ar. scriptura dicit ex p̃sona patris: Eructauit cor meum uerbũ bonũ. Eructauit ergo uerbũ filiũ dixit. Ath. bñ hoc ut alia oĩa scriptura dixit: tu uero dictũ accipiens male puertisti: Ar. dic tu nobis dictũ quando ego ut ipse uis male puerti. Ath. Deus ẽ ne spiritus qui pati nõ põt an nõ? Ar. ita quidẽ. Ath. cum igitur scriptura dicit ex utero genitum ẽe filiũ ĩgenuitatẽ filii ex diuina substãtia existere significat: nec uero genus humanũ qđ ẽ imbecile christi generationẽ arbitretur humanã dixit cor meũ eructauit uerbũ bonũ. Si quis item conatus auderet p̃nunciabile uerbum dicere filium reminiscetur ex utero & a praua statim cogitatione desistet circũscripsit ergo scriptura sensũ omnem humanum ne insania hęretica teneretur aduersus sempiternam. & ĩcomp̃hensibilẽ filii dei generationẽ. Si.n. ex utero ẽ quomodo ex corde p̃cessit? si uero a corde ẽ quomodo ex utero p̃diit? Ar. Quid igitr dicere ac intelligere debemus? Ath. Nihil aliud his his documentis p̃cipimus q̃ filium ex substantia dei & patris genitũ esse: Ar. Si consubstantialis erat patri filius quid non hoc discipulis suis presẽs asseruit? Ath. q̃s locus ubi nõ constet patri filiũ consubstantialẽ esse: ar. Si hoc ostendere potes unũ ex his. quę obscura sũt. ath. non ex obscuris eruerẽ conamur sed ex dilucidis rebus ueritatem ostendere uolumus: memĩsti dixisse quicq̃d deus ẽ hoc substantia ẽ: Nunquid hoc filius ẽ

